



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Nomenclatura figurarum, ordine alphabetico. Ex antiquis Thetoribus
expressa. Capvt XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

timo loco ponendum præscribunt.

Nam polysyllaba nomina verbis nimis simplicibus sunt orationiora.

Decimoquinto, verbum substantium est, recte initio post aliam dictiōnem ponitur, ut apud Cic. sapē. Ea est enim, &c.

Decimosextō, sum verbū præcedente comparatiuō, aut superlatiuō, elegāter finem orationis occupat, vt Tuscul. 2. num. 69. nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

Decimoseptimō, infinitum passūt verbi usitatus, quām actui cum verbo componitur. In pueris oratio perfecta nec exigit, ne sperari potest: Quintil. Et Cic. pro Milone; Insidiatori vero quāz potest inferri iniusta nex.

Praesenti temporis verbum, quām preteriti in historia, fabulāye narranda, elegantius dicitur.

Decimoctauō, aduersib⁹ adiectiuis nominibus, aut aduersib⁹ adiectiuis-nominibus factis postponuntur, aut si præponantur in medio, aliquid non ineleganter ponitur, vt: Stylus intermissione paulum amodum de celeritate perdit: Quintil. Cicero, Muliō tamen pauciores oratores, quām boni poētē inueniuntur.

Coniunctio, & articuli periodi.

Decimononō, Coniunctiones frequentissime periodorum faciunt initium, & orationis corpus, veluti quibusdam aureis catenulis viciunt.

Visitoria sunt ista: Ac illud quidem, ac mea quidem sententia, Neque vero, iam vero, Sed etiam, E si, Quamobrem, Itaque, Vt enim quisque, Quineriam, Verum ego, Verum enim vero, Num igitur, &c.

In aduersitate.

Nunquam mēhefule, Primum, Deinde, Nunc autem, &c.

In Pronominiis.

Quis enim, Quis autem, Quod quidem, Quidquid, Hoc enim, hoc profecto,

Hac autem omnia, Quibus de-

cauiss, Illud profecto,

Ego vero, Mihi

vero.

(?)

De dignitate elocutionis, & definitione figurae.

CAPUT XVI.

R Estat tertia, eaque nobilissima pars elocutionis Dignitas, quae tota confurgit ex figuris. De quibus nunc pleniū agendum videtur.

Atque, ut id maiori fiat perspicuitate, primum varia figurarum nomina, & exempla ex veteribus, Hermogene, Longino, Aquila, Rutilio Lupo, Rufiniano, & ceteris, ordine alphabeticō subiectam. Mox de vsu, & accommodatione dicam. Tertio earundem epartitione, seu permissionem, & variam in varijs authoribus, & stylis tractationem breuiter ostendam. Nota porro, figurarum nomine tropos etiam vulgo contineri, quanquam, si proprii, & signanter loquamus, οὐ τρόπος περὶ ὄντα γίνεται ἀρτὴ, τὸ σχῆμα περὶ πλειστὸν ὄντα καὶ μητέ, ut declarat Alexander Rhetor. Tropus est virtus in uno dumtaxat verbo figura, lumen, & ornatus in pluribus. Accedit, quod tropus immutariis à propria significacione verbis fiat, ἀλλότριον ἀντὶ τοῦ ὄντος λέγεται, figura vero propriā retinet rei significacionem, τὸ ὄντοντα τὸ πράγματος σύνει. Deinde alia est figura dictiōnis, quae sit dumtaxat in verbis, quibus immutariis ipsa dissoluitur. Talis est allusio; non enim, si δυστένει, & βγλεῖται alludunt apud Græcos, latine eandem vim rerinent. Figura autem sententiæ, cum in sensu, & notionibus mentis sit constituta, verbis etiam immutatis non tollitur.

Definitur ab eodem Alexandro figura ἡ ἀλλαζίσ τό γένον τὸ χρήστορ, Mutationis in melius, hoc est, ornatiō quædam forma dicendi. Cecilius Calendites eandem sic definit, Σότε Θεῖς τὸ μὲν κατὰ φύσιν, Molon, Μεταβολὴ εἰς ἡδονὴν θεάγεστα τὴν ἀκούμενην.

Nomenclatura figurarum, ordine alphabeticō.

Ex antiquis Rhotoribus expressa.

CAPUT XVII.

Acyron sine, Acyrologia.

IMproptium, vt sperare, pro timere. Terent.
Nam, quod cu speras propulsabo facile. Et
Herod. lib. 8. αὐλεπάλας γέρειν ἀλτόν.
Aduersarios se habituros sperabant.

P. Rust.

Hoc schema efficitur ratione breui, & sentioſa. Ita vt, quod dubium est viſum, ad certam fidem adduci videatur, vt; Eſi acerbum vobis quod dicturus ſum videbitur, tamen aequo animo audiendum eſt: nam ferè verum conſilium, quod initio auditu graue eſt; in posterum cognita utilitate fit iucundum. Lycurg.

*Aganacteſis.**Iul. Ruf.*

Indignatio, quaꝝ fit maximè proununciatione, vt: Fero ego te Torquate, iam dudum fero, Cie. pro Sylla.

Et, Cantando tu illum, aut unquam tibi fistula cera

*Iuncta fuit. Virg.**Allaxosis.**P. Rust.*

*Alii enim
antithesis
confundunt.*

In hoc schemate diuſio, & separatio eſt personarum, aut rerum, & demonstratio quantum interſit, vt: Diuerſa ſtudia in adolescentium animis aduerteramus, tametsi fratres erant, uno, atque codem ſanguine orti, alter in ſtudio laudis versabatur, & industria virtutis, vitam glorioſam, ſed laboriosam ſequebatur; alter in augenda pecunia occupatus, & habendi cupiditate deprauatus, ſummas diuitias, ſummam virtutem exiſtimabat. Hic nimium magis erat laboriosus, qui laborem condendi, non viendi cauſa ſufcipiebat. Hegesia. Item, Non enim simile eſt viuere in aqua ciuitate, vbi ius legibus valeat: & deuenire ſub viuis tyranni imperium, vbi singularis libido dominatur. Sed neceſſe eſt, aut legibus freſuni, meminifſe libertatis, aut viuis potestati traditum, quotidiana commentari feruitem. Hyperidis.

Allaxosis apud Alexandrum Rhetorem aliud ſonat, ſcilicet mutauoem numerorum, caſuum, personarum.

Amphiorthos.

Apud Alexandrum Rhetorem: οὐαγχὴν, καὶ εἰπόντες ασφαλίζομεθα τὸν λόγον, cum dicti alii cuius acerbitate, & antequām dicatur, præmunitus, & postquam prolatum fuerit, mitigamus.

Anacasis.

Hoc Schema fieri ſolent, cum id quod ab altero dictum eſt, non in eam mentem, quaꝝ in telligitur, ſed in aliam, aut contrariam excipitur. Huiusmodi eſt vulgare illud Proculieatum. Proculieius, cum filium ſuum moneret, ut & hortaretur, audacter ex bonis ipſius ſumptu faceret, quas in res vellet, atque opus eſſe: nec tum denique ſperaret libertatem, licentiamque vtendi futuram, cum pater di-cessifſet, cui, viuo patre promiſe omnia licentia: filius respondiſſet non eſſe opus ſapere eadem oratione moneri, nec ſe patris mortem expectare. Cui Proculieius pater ſubiecit, Inimicò vero minime meam mortem expetere, nec properes moliri, vt velocius moriar.

Plato interrogatus, qui Respubl. beata ſeret: respondiſſe dicitur: Si aut qui ſapiunt, imperare, aut imperant, ſapere diſcant.

Item Theophrastus dicitur diſſe, Prudentis eſte officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.

Item Aristoteles dicitur diſſe, Eius eſte vitam beatissimam, cuius & fortuna ſapiencia, & ſapientiae fortuna ſuppedicit.

Anacoenofis.

Communicatio eſt, cum aut ipſos aduentarios consulimus, aut cum iudicibus delibera-ramus. Cicero in Dini natione. [De te iam, Cœcili, mehereule extra hanc contentio-nem, certamenque noſtrum, & reliqua. Eſt & idiotiſmos.] Item pro Quintio. [Si de pre-dijs tuis ageretur, Sex, Næui, ſi in paruila re captionis aliquid verere: non ſtati-m ad C. Aquilum, aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, eucurrifſet? cum ius amicitia, ſocietatis, affinitatis ageretur, &c. idem ibi-dem. Ego prote aunc hoc consululo post tempus in aliena re, quod tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus eſt. Quero ab te, C. Aquili, L. Lucille, P. Quintili, M. Marcele, vadimonium mihi non obiit quidam ſocius, & affinis meus, qui cum mihi neceſſitudo vetus, controverſia de re pecunia-ria recens intercedit, &c. Item pro Sext. Sire-ētē vestrā bonitatem, atque prudentiam ag-noui, non multum me fallit: ſi cong. R. S. Pri-mum expectari. Cato, Si vos in eo loco eſſetis, quid aliud faceretis. [& alibi] Commu-nem rem putate, ac vos huic propositos. Vir-gilius.

— finit.

*--fuit & tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senecta.
Anadiplosis.*

Reduplicatio. Rarum apud oratores figurae genus, frequentius apud poetas, si quando ramen, &c in ciuilem orationem incidit, mediocrem dignitatem habet. Interest autem inter hoc, & palinlogiam, ac epanalepsin, quod hic ea, qua in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ad hunc modum. Concurerat ad tantæ rei nuntium, sicut commune ciuitatis periculum monebat, senatus frequens, equester ordo vniuersus. Tale est & illud Terentianum, Negat, Phanum esse hanc fibi cognatam. Demigoph negat esse cognatam.

Anadiplosis item est eiusdem verbi continuatum repetitio, vt,

Et longum formose vale, vale, inquit, Iola.

Et, O Cirydon, orydon, que te dementia cepit.

Et, Me, me, adjsum qui feci, in me conuertite ferrum

O Rutuli. Latinè dicitur haec figura duplicitio. Vide Palinlogiam.

Anarefis.

Huius figuræ meminit Hermogenes, & exemplum afferit illud Demosthenis, οὐλιδοις ἔτεισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλινθοῖς ἐγώ, οὐδὲ ιππούροις, videatur grauis quedam responso, nam ἀναγένεται consulta respondere.

Analepsis.

Budem tra- Repetitio eiusdem sententiae, vt ostendam primum caussam non fuisse, cur à Piatore postulares, vt bona P. Quintili possidet, deinde ex edito te possidere non posuisse, postremo, non possidisse. Differt ab anaphora, quod haec sit repetitio in principijs sententiarum.

Anancōne.

Rati Lup. Hoc schema tunc prodest, atque omnis eius utilitas in eo est: cum volumus ostendere necessitudinem aut naturæ, aut temporis, aut alienius personæ, quemadmodum fecit Myron, Amicus meus fuit Cremonides, & opinione omnium magis familiaris: & pro salute eius, quacunq[ue] potui feci, sed postea quam maior vis legis, nostrum auxilium ab illius periculo remouit, calamitatis, ac lugitis eius particeps eram. Nam opitulandi facultas om-

nis erepta iam fuerat. Item Democharis. Nil enim valebat assidua pro fratre, ac misericors deprecatio, cum iudicaret tyrannus: cuius crudelitas omnem naturæ necessitudinem extinguebat.

Anafene.

Est superiorum proxima figura (schœfœs, an-*Iul Ruf.* thypophoræ, &c.) qua ab aduersariis maxi- p. 36. ma proposita distribuimus, ac redarguimus, velut falla, vt

Nunc Lycia sortes, nunc & Ioue missus ab ipso

Interpres diuum fert horrida iussa per auras. Latinè dicitur destructio, vel euacuatio.

Anastrophe.

Λέγεως δέσις ενδεύτερα τάξην, ντεμένοι μέταρ- Vetus scholiast. Græcus, Annominatio in paronomasia.

Anhypophora.

Est figura sententiae, qua aduersariorum nobis sententias ac dicta proponimus, ac substi- *Iul. Ruf.* tuimus, in hoc tantum, vt illis respondeamus, vt Prolepsis. *Subiectio.*

Verum ancepit pugnae fuerat fortuna, fuisset. Si periisse sati simile est, peccare fuisset ante sati. Latinè dicitur oppositio, vel obie- cto.

Antimetabole.

Commutatio, vt [Non viuo, vt edam, sed e- do, vt viuam, 4. ad Herenn.] Hæc eadem Di- allelon, & Anacletis.

Antiphage.

Compensatio. Est autem huiusmodi, ubi ali- *Aquila po-* quid difficile, & contrarium confidendum est: sed contra iniuriam non minus firmum: qualia sunt haec de rege Ptolomæo apud Cicero- *36.* *Otori τριπον* *avri τριπον* *αρτιδελην.* nem.

Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis. Et si dicas, magnus labor, mul- *Alexand.* *Rhetor.* ta pericula proponuntur: at gloria ex his immortalis est consecutura.

Antiphasis.

Est figura sententiae, cum quedam negamus nos dicere, & tamen dicimus: vt apud Luci- *Iul. Ruf.* hum. [Non rango quod auarus homo est, 37. quodque improbus omitto. Et apud Virgili- um.

Quid memorem portus, Luciferinoque addita clau- *stra.*

Latinè dicitur omissione. Alias antiphasis.

est in abuso nominis, & etymologiæ, vt, bellum, quod minime bellum.

Antifasis.

Iul. Ruf. p. Est, cum idem verbum repetitur in contraria scilicet, vt,

Vna salas vicit, nullam sperare salutem.

Et *[Ex illo Corydon] Corydon est tempore nobis.*

Hec Latinè dicitur intentio. Eadem traditio, & analepsis.

Antistrophe.

Aristoteles, Athen. lib. 2. est oppositio literarum, vt, φάλη, πάλη.

Antistrophe.

Aquila 20. Conuersio. Species huius figuræ cùm eandem ferè vim habeat, contraria est epanaphoræ, eo quod ibi ab eadem parte orationis sèpius incipitur, hic in eandem partem definitur: cuiusmodi est hoc, pro Fonteo.

Frumenti maximus numerus è Gallia, pedatus amplissimè copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia. Eadem epistrophe, & conuersio, & epiphora.

Antitheton.

P. Rust. p. Hoc pluribus modis fieri solet, & habet in omni genere orationis summam utilitatem. Quare separatim demonstrandum est de uno quoque genere eius.

Vna est, cum contraria res inter se converuntur: *Charisius.*

Alterorum erat in dando benignus, alter erat in accipiendo astutus. Hunc omnes conquirebant: illum vitabant, ne ab eo viderentur. Huius enim pudor erat omnibus iucundus: illius a uenit impudentia, ipsi suauis, catetris amara.

Hoc idem fieri potest in una persona, ita, vt fecit Diarchus, cum ipse de se diceret: Olim in adolescentia sedulò omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute, summum me ambitionem inuasit odium: tunc facile multis optulabam, nunc iam me ipsum tueri vix possum: tum mihi beatissimum videbam, si quampluribus beneficiis: nunc contra vereor, ne quid mihi desit ad necessarium æratis meæ cultum: tunc ego ipse pro republ. fortiter arma capiebam, nunc præter quam laudare eos, qui rempublicam armati defendunt, nihil vallo.

Isidorus. Est etiam genus huiusmodi, quod in eadem sententia, priori verbo contrarium quod est, infert, & coniungi solet. Isidori. Non ille stultitia, aut furore impulsus, tam graues labores

frustra subiret: sed ex acerbitate laboris, iucundos voluptatis fructus sibi parabat.

Aliud est item, quod superiori infert, sed consequenter ita, vii fecit Demetrius Phalerenus.

Nobis primùm Di immortales fruges derunt: nos quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis maiores nostri rem publicam reliquerunt: nos etiam socios nostros de seruitute eripuimus. Itaque, & amplissimus nobis honos ab omnibus habetur, & propter huius honoris dignitatem superbix nostræ nemo vestigium experitur.

Antitheton, oppositum ex contrarijs. Hæc figura constat ex eo, quod verba pugnania inter se paria paribus opponuntur. Cuiusmodi di brevissimum est illud Ciceronis.

Domus decretat habebas. Pecunia superbarbat egebas. In pace ad vexandos ciues accrimus, in bello, ad expugnandos hostes incrimus.

Antizeugmenon.

Sive iniunctum. Hoc genus enumerationis diuersam habet vim à Diezeugmeno: ibi c. 22. *Aquinus.* *nam copia verborum iactatur*, hic breuitas. Nam, vt in superiori singulis membris singula diuersa reddimus: ita hic plura in uno coniungimus, quale est hoc.

Quorum ordo humili, fortuna sordida, natura turpis ab oratione abhorret. Hoc enim postremum, abhorret, ad tria refertur. Si autem hæc figura ita fit, vt in postremo sit pars orationis, qua duo, aut plura membra coniungat, tum in primo, tum in medio iniectionem, seu ἐπιστολὴ vocem liceret.

Prestata autem orationi pluribus verbis in eandem rem collocatis, non idem significantibus, sed maius aliquid: hoc modo, Verberatur, cruciatur, necatur.

Antithesis.

Est cùm verbum verbo pari potestate per contrarium redditur, vt *[Seque nouo veterum]* *decepimus errore locorum.* Et *[Volutur ille yomens calidum de pectore flumen frigidus.* Latinè contrarium, vel oppositio potest dici.

Antonomasia.

Est pronominatio, vt nouus Arpinas pro Cicerone.

Aparethmesis.

Annumeratio, que fit perspicuitatis gratia. Ut *πρότερον μὲν τὸ δέ δεύτερον δέ τρίτον.* Hermog. lib. 1. *πρώτη δεύτερη τρίτη.*

Aphe-

Aphorismus, vel Diorismus.

Idem, p. 27. Descriptio rerum per reprehensionem, quæ exprimit, & corrigit vim sententia, & potestatem. Quare potest videri species emendationis: nam quæ temerè dixeris, reprehendit. Tullius. [Quanquam illa non poena, sed prohibitiō sceleris fuit.] Aut alias. [Cives inquam, si hoc nomine appellare fas est. Eadem correctio, & epanorthosis.

Aπόκρισις, vbi dictio temel posita sapientis intelligitur, notatur à Græco quodam scholiaste, περὶ τοῦ Κατάτοντος, estque Grammaticorum.

Apodoxis, sine Apoplosis.

Idem, p. 26. Reiectio, vel reprobatio quarundam rerum, quasi in questionem non venire dignarum, neque oportuisse, aut ab aduersarijs ponij, aut à nobis queri, aut à iudice postulari. Quod schema mirè facit ad acceleratè fugiendum, vt & tacuisse, & tamen non timuisse videamus, vt in re difficulti, & contraria, non hæremus. In qua figura breuiter morati, ad aliud statim transire debemus. Cicero pro Cœlio, Equitis Romani autem esse filium, criminis loco ponij ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendantibus nobis.

Apophysis, sive Aetiologya.

Idem, p. 25. Venustrum schema, vbi, quasi alio interrogante, nobis ipsijs respondemus, & rationem reddimus. Cicero. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quamobrem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defendit? non iniuria. Quid ita? quia constitutum est. Caesar pro Bithynis. Quid ergo? syngraphæ non sunt, sed res aliena est. Et hactenus, vbi nobis respondemus: alias, vbi alijs, quod nisi arte procedit, caussam prodit: vt apud Virgilium, interrogante altero, quod negare non poterat, subtiliter occurrit, ne furtum se esse existimetur:

*An mihi cantando vietus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisse fistula caprum.*

Et testis interrogatus à reo, Num fustibus vapulasset innocens, inquit. Aut cùm dicitur, Quero an occiderit hominem: & responderetur latronem, vt confessionem præcurrat defensio.

Apophonisma.

Iul. Ruf. p. 27. Sententia responsiva, vt apud Cœlium, Fac velis, perficies. Apud Tullium, Literarum ra-

dices amaras, fructus dulces.

Apoplosis.

Est, aut iudicis à re contraria nobis auocatio, *Idem, p. 26.* quam cùm desiderat, aut ab aduersario commonetur, vt querat, nos obsecrando, & miscendo, & promittendo quidem dicturos nos, sed suo loco, ad aliam rem auocamus; & rursum dum dicimus, sensim ad aliud transimus, & ab eo, quod contra nos est, auocatur, & suspenditur iudex: vel coniuncta rerum multitudo implicatur, vt non de uno, sed de pluribus putet sibi sententiam esse dicendam: vt pro Cluentio fecit Cicero; in qua oratione tenebras se offusilis iactauit iudicibus Cluentianis. Intelligent nihil me, nec subterfugere voluisse retinendo, nec obsecrare dicendo, ego me, iudices, ad eam caussam accedere, quæ iam per annos octo continuos; vñq; eò, officiam profecto. Deinde. Versatam esse in iudicib; pecuniam constat totum caput. Deinde. Vnum quidem, nemo erit tam inimicus Cluentio, vñque ad finem ipsius.

Aporta.

Hoc schema efficitur, cum querimus, quid? *P. Ruf.* aut quemadmodum pro rei dignitate dicimus: nec reperire ostendimus. *Lysias.* Nec iam *Lysias.* rationem inuenimus, qua flecti posse speremus: ita nos omnibus modis tenuatos, ac nimium tua facultas affigit.

Item Hegesia, Non hæc est, vt vulgari verbo appellatur, calamitas; quid igitur? quod proprium imponam nefcio, nisi illud vnum, tantam esse ærumnæ magnitudinem, vt omnem fortunæ superbissimam crudelitatem ingenij miseria supererat.

Aporia eadem est, ac Diaporesis, addubitatio quædam, cum simulamus querere nos, *p. 25.* vnde incipendum, quid potissimum dicendum, an omnia dicendum. Cumque artificiter simulamus, non res inuenire, non paratos venisse. Cicero in Verrem. Quem? quemnam? rectè admones, Polycletum esse dicebant. Et de domo sua apud Pontifices, tibi literas ille misit: quas aut nunquam misit; aut si misit, in concione recitari noluit. Itaque sive ille misit, sive tu prorulisti: certè consilium tuum de honore Catonis nudatum est.

Aposiopesis.

Reticentia, cum intra nos supprimimus ea, *Aquil. p. 14.* quæ dictari videmur, quid aut turpia, aut inuidiosa, aut alioquin nobis grauia dictu sunt: vt est Demosthenicum illud proœnium, non

P. P. pari.

pari ego, & aduersarius periculo ad iudicium venimus: sed mihi quidem, nolo autem quicquam initio dicendi omnino nosus proloqui. Interdum etiam virtutem hac figura, quasi ad alia properemus. Tale est Virgilianum illud,

Quos ego: sed motos praefat componere fluis.

Definitur ab Alexandro Rhetore λόγον ἐπιτέναν τὸ παρατικών άλμον, ή παραλέπων τὸ γινωσκόμενον, ή σιωπών τὸ φάσχρον. Oratio extendens, quod reticetur, ut apud Demosthenem. Μήτηρ μὲν ὑπῆρχε πολίτης πατὴρ δὲ σὸν ἔρω πόθερ. Plus auger silendo, quam si enarrasset: Alias, vel omittit, quod nouum est, vel retinet, quod obsecnum est.

Apostasis.

A nonnullis separatio dicitur, quod per mixtos sensus separata, atque dilata. Videlur aequalibus membris, & interuallis distincta oratio, metaphora ducta a consitis arboribus. Nam Theoph. lib. 3, de cauf. plant. confitarum arborum interualla vocat ἀποσάστεις. Meminit eius figura Hermog. lib. 1. περὶ Ιδεῶν, & Philostr. in epist. ad Julian. αἱ δὲ ἀποσάστεις, ἐπειργούσαι, τὸ λόγον Γοργίου ἐπεγγίζον πολλαχθεὶς μέρη, μάλιστα δὲ τῷ τῶν ἐπωνόμων κύκλῳ. Apostates verò, seu projectae orationum Gorgiae in familiarem usum, & consuetudinem veniebant, saepissime quidem, maxime vero in poetarum circulo. Tale est illud, seruiebat forum cubiculo, Praetor meretrici, career conuiuio, dies nocti. Murrhedius apud Senecam. Meminit quoque Philostratus in Gorgia ὅμιλος καὶ τοῖς Οριστοῖς ἥρζε, καὶ παραδοξολογίας, καὶ πνευματοῦ, καὶ τὰ μεγάλα μεγάλως ἐρμηνεύειν, ἀποσάστειν σεμνής τε καὶ περιβόλων. Aristides περὶ σεμνότητος, ait, ἀπόστοιν fieri, ὅταν διασυμπλέκειν κατὰ τὸ θέμα καὶ συναντᾶν ἀλλήλοις ἀποσάστεις, εἰς ἀρχὴν οἴαν ἐστανάγομεν ὕστερο συμμιμένον τὸ νομάτων χωρίσεν ἀποσάσται. Rhet. Græc. p. 642. Cuius definitio nis satis obscuræ, hic est sensus. Apostasis est amplificatio quadam sententiae, per variam terum inter se copulatam sentiem, in idem principium reuoluta. V. G. *gravia patrat Philippus*. Simplex est sententia, & minimè figura.

Fond
ωροσολαμ

rata. At si diffundas hoc pacto, Thessalianam subinganis, Euboam sibi mancipauis, in Hellespontum præficietur, sensibus & colis interfice diffincta, ac separata, tunc sit ea, quæ à Græcis Rhetoribus dicitur ἀπόστασις. Omnia enim declarant, & explanant, quod initio positum est, *gravia patrat Philippus*.

Apostrophe.

Auersio. Necesaria plerumque figura, vbi, quæ ad alios dicta volumus, ad alios dicere videmur. Sic plerumque conuertimus orationem in reum ab iudice, cum illa tamen, quibus aduersariis alloquitur, iudici alligentur. A cutissimum exemplum in Philippicis Demosthenis, vbi, quibus verbis populum Atheniensem monitum vult, eadem se dici apud Græcos, & Arcadas, & Messenios concionatum inuidiosè. Et M. Tullius, cum saepè aliis, tum pro Roscio conuertit orationem ad Chrysogonum, ab illo loco, rogar, oratque Chrysogone, &c.

Aria.

Exercitatio oratoria apud Ciceronem, oī sce. *Tul. Rufi*, lus! oī portentum in yltimas terras expo^{p. 27.} tandum! Apud Virg.

At tibi pro scelere exclamat, pro talibus au-
ſis.

Dij. si qua est caelo pieras, que talia cures,
Persuani grates dignas.

Eadem Catara.

Astyxmus.

Vrbana dictio. Hac figura fit exercitatis alijs *Iul. Rufi*, ingenua festiuitas, ut apud Ciceronem, resp. p. 24. cito, respicite iudices, hominum fortunas, respicite Fabritij sc̄nctutem: cum hoc respicite ornanda orationis causa saepè dixisset, respexit ipse: at Fabritius à subsellij demissio capite difcesserat. Et alias, negabat ius tam nequam esse Yrrinum. Et idem alibi, exercrabatur Sacerdotem, qui tam nequam Verrem reliquisset.

A synactio.

Quam consueta orationis structura, sive synactis immutatur, quod multis modis continet, quos in Homero obseruat Plutarchus de schematibus.

A synibetom.

Est, vel dialylon, cum oratio nulla coniunctione connexa, velut soluta sententia regulam seruat. Ut, cōsilium, partiā galea, clypeo, que resultant. Irrita deflexit, partum strigentia corpus. Et, ipsi, numerumque modumque carinis. . Nos æra, manus, naualia demus. *Iul. Rufi*, *Lati.*

Latinè dicitur dissolutio, vel inconnexio. A syntheton autem, modo per singulaverba sit, æra, manus, naualia demus. Et, hæc eadem Aenea, terram, mare, sidera iuro. Modò per plura verba, & per ea, quæ Græci vocant κατα.

Denique, quid vesper serua uebat, unde serenas?

Ven: us agat nubes: quid cogitet humidus austor,

Sol tibi signa dabat.

*(Et) — nube cau*s* speculatur amicti,*

Quæ fortuna viris, classem, quo littere linquant.

Quid veniant, &c.

Auxesis

Vehemens rei amplificatio. Ut 2. Philipp. Orem non modo visu feedam, sed eriam auditu, si inter canam in tuis illis immanibus poculis, hoc tibi accidisset, &c.

Brachia.

P. Rut.
Lup. p. 9. Hoc fieri solet, cum orator breuitate sententiae præcedit auditoris expectationem. Lysæ, quæres à me, qui iure obtinere possim, quo iure mihi Polienus reliquit, quo iure pretor dedit possessionem. Leges me defendunt, ad te non pertinent, hi veritatem sequantur. Item ciuidem. Sed nos æquum est voluntatem dispicere. Nā consilio valuit, fortuna lapsus est: hono fuit, fatetur, concedendum non omnia posse: hoc enim Deorum est proprium.

Characterismus.

P. Rut.
Lup. p. 8. Quemadmodum pictor coloribus figuræ describit, sic orator hoc schemate, aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur deformat. *Lyconis*, quid in hoc arbitrè bona sp̄i reliquum residere, qui omne vitæ tempus una, ac præstantissima consuetudine produxit? Nam simul, atque ex prioribus horis diei, nimia cibi, ac vini satiate via incridiano tempore, plenus crapula est experctus: primum, oculis mero madidis, humore obcæcatis, visu grauidis lucem constanter intueri non potest: deinde confectis viribus, vtpote cuius venæ nō sanguine, sed vino sunt replete, se ipse erigere non valet: tandem duobus innixus, languidus, qui cubando sit defatigatus, tunicatus sine pallio, soleatus præ lectulo, paluolo strigus à capite defendens, flexa ceruice, summis genibus, colore exangui, protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in triclinium trahitur. Ibi præsto sunt quotidiani, pauci eodem

studio excitati conuiue. Hic verò principis paulum illud reliquum, quod habet, mentis ac sensus, poculis extrudere festinat, & eos bibendo prouocat, & lacessit, perinde, ac si in hostium prælio, quam plurimos superaret, atque adfixerit, amplissimam sibi victoriæ paratam existimans. Interca procedit simul, & illud tempus, & potatio oculi vinum lachrymantes caligant, ebriosum ipsi, vix cibri cognoscunt: alius sine cauſa iurgio proximum lacessit: alius somno dediruſ, vi cogitur vigilare: alius rixari parat: alium turbas vitantem, ac domum reuerti cupientem retinet ianitor, pulsat, exire prohibet domum, interdictum demonstrans. Interim aliud contumeliosè extra ianuam erectum, yacillante puer sustentat, ac ducit pallium per lutum trahentem. Nouissime solus in triclinio relatus, non prius poculum ex manibus emittit, quam somnus oppresit bibentem, ac dissolutis artibus, ipsum poculum suapte natura dormienti excidit.

Catachresis.

Abuso vocis, vt, equum ædificant.

Catara

Katæps, execratio, vt, Dij te perdant, fugitiue.

Eadem Aria.

Charientismus.

Sive scomma. Hac figura sit festiva dictio, Iul. p. 24^o cum amoenitate mordax, vt apud Ciceronem, infirmo corpore, atque ægro colore, vt ipse judicare, &c. Et apud euandem: facite enim, vt vultum ipsius, & illam vsque ad talos demissam purpuram cogiteris.

Klosdy

Apud Scholiaen Aristidis eadem est figura, ac chiasmus, decussatarum, scilicet sententiarum textura, vt, Doctorum sanctissimus, & Sanctorum Doctissimus.

Chleuasmus.

Sive epicertomesis. Hæc figura risum excitat, & seure proposita vafre excutit, eludens personarum, aut rerum comparacionem. Ut apud Virgilium, meque timoris argue tu Dræce. Apud Ciceronem. Quasi verò, ego de facie tua catamine dixerim: vel alias poruifset contumeliosius facere, si tibi hoc Parmeno per aliquem, ac nou ipse Parmeno nuntiasset. Est vt appareat ironiæ species.

Cliticon.

Χλευτικὸν χῆμα est inuocatio, vnde Χλευτικοὶ ὕμνοι, hymni ad Deorum opem inuocan-

Pp 2 dam.

dam facit, inquit Hermogenes, hæc figura Apostrophen, & καταθορη, hoc est, vehementiorem quendam impetum sermonis.

Climax,

Aquil p. 21. Quod Græci vocant, ascensus nominetur à nobis. Malo enim ascensum, quam scalam, aut gradulos, ut quidam dixerit. Est autem figura, perquam decora, & à Demosthenè commendata: in qua postremum quodque verbum in priore membro, aut parte aliqua elocutionis positum in inferiore, rursus assumptum injicitur: atque ita, velut gradibus quibusdam, concavit oratio: adhuc modū. Ponam enim ipsum Demosthenicum versum: Et non dixi hęc quidem, non autē scripsi: nec scripsi quidem, non profectus sum autem ad legationem: nec profectus quidem, non persuasi autē Thebanis. Hic animaduertis quanto elatius dicta sint, quam si simpliciter enunciasset, & dixi hęc, & scripsi, & in legationem profectus sum, & persuasi Thebanis. Sic M. Tullius pro Milone. Neque verò se populo solun, sed eriam senatus commisit: nec senatus modo, sed eriam publicis præsidij, & armis: neque his tantum, sed etiam eius potestati, cui senatus totam Remp. commisit. Parce autem vīs est figura. Nam in tertio gradu contentus fuit dicere, neque his tantum, ne rursum totum illud repereret, neque solum publicis præsidij, & armis tantum: videlicet, quia, & longum, & insuauie futurum erat. Egregie aurem, & (vt m. hi videtur) feliciter. Licinius Calvus in Vatinium, non ergo pecuniarum magis reperundarum, quam maiestatis magis, quam Planciæ legis: neque Planciæ legis magis, quam ambitus: neque ambitus magis, quam omnium legum omnia iudicia perierunt.

Iul. Rufini, Climax est, cum ex re in rem gradum tibi sententiae faciunt. Ut, quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo prædictit, &c. Et,

Torua leana lupum, si quiritur lupus ipse capellam:

Florentem cythisum sequitur lascivus capella.
Latinè hæc figura dicitur gradatio.

Cænotes:

P. Rutili. p. 3. *Epanal. psis* Hoc duorum schematum coniunctionem habet: quod, & ab uno verbo omnes sententiae incipiunt, & in uno nouissime acquisescunt. *Stratoclis*, queritis nouam rationem admixrandæ reip. at reperire meliorem,

quam à maioribus accepisti, non potestis. Quæratis maximis sumptibus faciendis, quomodo tributane conferatis? at consilijs captas ærarī opes, quas cupitis, agere non potestis. Quæratis quemadmodum scelere contaminatis hominibus parcatis? at ignoscendo nocentibus, innocentium salutem custodire non potestis.

Compar in Isocolo.

Commoratio in Epimone.

Commutatio, vide in Anaclasi.

Communicatio, vide Anacœnōsis.

Concessio in Paromologia.

Deesis,

Obsecratio, vel obrestatio, qua Deos oramus, *Iul. Rufini*. aut homines. Cicero pro Dciotaro, Per dext̄ *p. 21.* teram istam tuam ego obtestor. Per ego has lachrymas. Pro Roscio *μετά ιππονίας*, rogar, oraque te Chrysogone. Apud deos, Virg. Per superos, atque hoc cælum. Per ego has lachrymas, dextramque tuam te. Plautus, ita Deos obtestor per senectutem tuam.

Divisores,

Criminatio, & quasi denuntiatio eorum, *Iul. p. 21.* que futura sunt. Cicero pro Milone, Erat, certe illud profecto tempus, & illucfet afflito quando ille dies, cum tu salutaribus, &c. Terent. Videor iam illum diem, quo hinc genuso profugiet aliquò militari. Apud Virg.

Sed non ante datam cingitis mæniis urbem,

Quām vos dira famē, nostrāque iniuria cadiſ,

Ambesas subigat malis absumere mensas.

Diacope,

Sive diastole est, cum inter duo, eadem verba *Iul. p. 21.* diuersum ponitur aliiquid medium, vt, Culpatuſe Paris, diuīm inclemētia diuīm. Et, Ducage, duc ad nos. Et, Icis Proteus, scis ipſe. Latinè dicitur separatio. Species est, vt aparet Anadiplōſcos.

Diaresis,

Est figura sermonis, cum rerum distributio. *Iul. p. 21.* ne. vi.

Hic Dolopum manus, hic sauis tendebat Achiles;

Classibus hic locus, hic acies certare solebam.

(E.) *Hic portus alij eff diunt.*

(E.) *ferit enī grauem tymbrum Oſrim.*

Hæc latinè dicitur distributio, vel designatio clara, & subtilis appetat in copula verborum cum

Cyprian. de
hinc pati-
tutis.
cūm nominibus. vt, spirare ventos, fontes
fluere, grandescere copias messium, fructus
mitescere vinearum, exuberare pomis arbusta,
memora frondescere, prara florere. Et ver-
sus ille Licentij de Proteo ad D. Augustinū,
quam tersus est,
(angus.)

Spiratur aper, fluit unda, fremit leo, sibilat

Diallage.

Improprio nomine dicitur instantia. *Vox axis*
tractus est potius orationis, quam figura.

Diallogen.

Diallagon est sententiārum reciprocatio com-
mutationi similis. Vt, inter pueros senes, in-
ter senes puer, idem Eaaogonion, & *Xasōv.*

Dialogos.

Hæc ita sit, cum quis secum disputat, & vo-
luntat, quid agat, vel quid agendum putet, A-
pud Térent. Quid igitur faciam? Virg.

Et quid ago: rursusne procos irrisa priores

Experiari?

Cicerō pro Clientio, deīn iudicibus? mihi
igitur nihil queretur. In Verrinarum li. I. Si
populo redimitur, mihi præda de manib⁹
expirat. Quod est igitur remedium? quod?

Analysis.

P. Rutil. p. 5 Hoc Schema contrarium est Polysynthetos.
Syntheton. Nam demptis omnibus articulis sententia
diuisa pronuntiantur. Daphniidius, Quid
autem me conuenit facere Byzantij? subire
publicæ causæ iudicium, magno nomini
adteriorum forriter resistere, non vereri
periculum, diligenter posteritatis cresce-
re, non minas extimescere, constanter in cau-
sa pro vobis perseuerare: omnia feci, vestru
commune commodum spectans: tamen non
desunt, qui ex tantis meis officijs aliquid ve-
lunt vituperare. Item Lysias, Omnibus in re-
bus suam confidentiam ostentabat: debitum
perebamus: non dissoluebat, minus abamur: co-
temnebat. lex nihil valebat: magistratus ne-
gligebat. Venit hoc tamen nobis nouissimè
tempus vlciscendi.

Vianœ.

Iul. p. 27. Hæc figura sit proprie, cum præponitur non
id, quod fieri oportet, sed quod fit. Tullius,
Dolabella autem, quemadmodum homines
nobiles decet, vlcisci iniuriam fortissime
perseuerat. Vt g. Furor arma ministrat. Ap-
plicatur huic figuræ etiam chria sententia
necessaria. Vt Cato in Thermum post cen-
suram. [Qui ventrem suum, non pro hoste
habet, qui pro Republ. non pro sua oblo-
nat: qui stulte spouder, qui cupide ædificat.]

Diaphora.

Hoc Schema cum verbum iteratum, aliam P. Rutil. p.
sententiam significat, ac significauit primò 4.
ditum. Id est huiusmodi. Hunc tu frater,
ciudem sanguinis particeps, in hac fortuna
deserere potuisti: cuius ærumnæ quemuis
extrancorum hominem, modo hominem,
commouere possent? Item, in vniuersum
mulierem, quid potius dicam, aut verius,
quam mulierem. Eadem est cum tradu-
ctione.

Diaporesis.

Addubitatio. Hac virimur, cum propter res
aliquas volumus videri dubitare, & quasi ab
ipsis iudicibus consilium capere, quo portissi-
mum genere orationis utramur. Quale est pro
Clientio procœnum: Evidem, quo me ver-
tam, judices, nescio: negem fuisse illam
rem, &c. Item, pro Cornelio: Pugnam a-
perte contra nobilissimorum hominum vo-
luntates: studia, consilia, cogitationesque
corum aperiam: &c. quæ quasi dubitans, an
sibi facienda sint, dicit. Vide in Aporia.

Diasteme.

Apud Hermogen. lib. 3. de Inu. eadem cum
diastoma.

Diastymus.

Hæc figura sit, cum rem aliquam, aut perso-
nam cœnuamus. Vt apud Tullium. Est adhuc 25.
(quod admirari vos video) non Verres, sed
Quintus Murius. Et in eodem. Sed repente è
vestigio ex homine, tanquam ex aliquo Cir-
cœo poculo, factus est Verres: reddit ad se,
arque ad mores suos. Et alibi, quid ad haec
Nævius? reddit, scilicet nostram amentiam,
qui in vita sua rationem summi officij desi-
deremus, & instituta bonorum virorum re-
quiramus.

Diastymus, eleuatio, vel irrisio. Ea figu-
ra est, qua ludentes, que dicuntur ab ad-
uersarijs, dissoluitus. Qualis est ille lo-
cus pro Muræna in Sulpitium totus. de jure
ciuiili.

Diaryposis.

Descriptio, vel deformatio, vbi rebus
derelictis, personarum, & formas ipsas, & ha-
bitus describimus, & exprimimus, vt Tulli-
us hoc modo: Ponite ante oculos vobis
Rallum, in Ponto inter vestra, arque hostium
castra, hasta posita cum suis formolis finito-
ribus auctorantem. Item, plenius pro Mi-
lione, Si hæc non gesta audireis, sed picta
videretis: tamen appareret, vter esset infida

Aquil. p. 15.

πρώτων πατέρων
διαρρήγησά
των πατέρων
και γονών.
ab. lexan-
dro.

P. p. 3

tol.

tor. Et deformat Milonem in rheda sedentem, penulatum cum uxore. Item, Clodium cum equo, & cum delectis villa egredientem. Eodem modo pro Roscio de Glaucia: Nonne vobis haec quae audistis, oculis cernere vide-minni, iudicet? non illum miserum, ignarum casus sibi, redeuntem a cena videtis? non positas insidias, non imperium repentinum? non versatur ante oculos vobis ipse Glaucia? & quae sequuntur.

Dicologia.

P. Rutil.
P. 7.

Hoc schema fieri solet, cum æquitatatem caussæ, quam maximè breui sententia complectitur. Id est huiusmodi, quod si me reprehendis, cum homo adolescentis lapsus sim: vehementer erras, qui quid natura valeat, ignoras: acerbisque, & iniquus es, qui quod æquilater omnibus putes ignoscendum, vni imputas, & in uno arbitraris vindicandum. Item Lysiae. Nam ego huic iudices, quicquid ad superioris tempus attinet, nihil succenso: nihil enim deliquisse cognoui, sed in hoc nouissimo facto, cum plenum malitia perfidaeque inuenirem, merito reprehendere, atque odisse coepi. Quæritis fortasse, quid acciderit caussæ: quamobrem eundem, & laudem, & vituperem: quod idem commutata voluntate non est, qui fuerat: neque idem nunc de se audire debet, quod prius consueverat, cum sine noxa se gerebat. Non arbitratus es igitur, rursus cum reuersurum ad officium, atque amicum tibi futurum? Quo modo? quem sciam tantum facinus in se amississe, ut in reliquum tempus, neque beneficio locum, neque benevolentia spem relinqueret?

Diezeugmenon.

Aquil. p.
2.
Disjunctio.

Sive disjunctum. Hæc figura ita ornat, & amplificat orationem: vt diuersis redditionibus verborum membra, quæ vocamus κῶλα, disiungat, ac separat, sive duo, sive plura. Hoc modo, Capuam colonis deductis occupabunt, Atellan præsidio communient: Nuciam, Cumam multitudine suorum obtinebunt: cætera oppida præsidis deuincent. Tale est illud: Veniet igitur sub præconem tota Propontis, atque Hellespontus: addicetur communis ora Lyciorum, atque Cilicum, Mysia, & Phrygia. Venies Proponitis, atque Hellespontus sub præconem, id est, conditioni, legique parebunt. Anmaduerere autem potes, nihil interesset, utrum in postremis partibus membra disiun-

gantur, necessitate verborum, an in primis, an hoc vicissim fiat.

Dilemmaton.

Annumeratur ab Hermogene inter figuræ, sed vt appareat inter argumentationes est referendum, non differt enim à communi dilemmate. H. lib. 4. de inuentionibus.

Distributio.

Vide Diæresin, ea est, quæ vnumquodque proprio circumscribit verbo. vt, apud Ambrosum Hexam. l. 3. c. 15. de aqua. Inter arenas flava, inter cautes spuma, inter nemora viridianior, inter floiuentia discolor, inter lilia fulgentior, inter roseta rutilantior, in gramine liquidor, in palude turbidior, in fonte perspicua, in mari obscura, & Iulius Firmicus libro de errore profanarum religionum de Ioue. In cygno fallit, in Tauru rapit, ludit in Satyro. Sic Minutius felix.

Plutias fluere, flare ventos, grandines increpare, Nimbis collidentibus tonitrua mugire.

Eclæsis.

Digressio. Excursio à proposito.

Ellipsis.

^{Aqua} Id est detracatio, contraria Pleonasm. Ornat oratio, cum verbum aliquod detrahimus à sua significatione, hoc modo, & illic quidem, qui à se contumeliam morte iniicii repulit, ignosco. Videntur autem mihi, iudices, qui sententias pro illo tulerunt, nam multos fuisse audio. His appetitum illud dcessisse, videntur autem mihi, & iudices idem sensisse, vel ignouisse: sed quia intelligebatur, ideo detracatum est, vt ipsa celeritate commotior esset enunciatio.

Emphasis.

Altorem præbens intellectum, quam, quem verba per se ipsa declarant.

Enagonion.

²⁵ Figura, qua contrariorū sensuum inductione, pugnæ quoddam simulachrum exhibet, Definitur à Scholiaste Aristidis apud ^{Aristidis} Scholiast. Phocium, in Aristidis Panathenaico σχῆμα, δοκεῖ ἔχειν κάτια τὴν ἐπωγήν τονιστὰς, est species Antithesis, vt iustis fortior, fortibus iustior. Eadem diazōv. ov ibidem appellatur.

Energia.

^{Impis} Est figura, qua formam ictum, & imaginem ita oratione substituimus, vt lectoris oculis,

Ils presentieque subiiciamus. Eadem Hypotyposis, Diatyposis, Characterismus, Descriptio.

Enthymema.

Iul. Ruf. p. Fit, cum periodus orationis ex contrarijs sententijs astringitur. Apud Lucilium. [Si me nescite, hoc nescis, quod querere dico, quare diuinis quisquam, aut quereri debes. Ipse: Et si scis q.b.e. icire hoc d.t. Cicero in diuinatione, tamen hic operam tuam policebere, qui te neque velle sua cauſia, nec si velis, posse arbitrantur.

Epagoge.

Iam. Fit haec ex rerum similium collatione, vel argumentorum, salua ramen similitudine renum. vt Virg.

Improuisum astris veluti, qui sensibus anguem.

Præstis humi nitens.

Et Cic. pro Rosc. comparat occupationes Louis opt. maximi, Sylla rebus gestis propriis. Argumentorum autem, vt Lucretius, [Nā si tu fluctus, vndasque ē gurgite falso tollere decreueris, ventum prius Hæmatium tu. Vētum, inquam, tollas.] &c.

Epanadiplosis.

Iul. p. 31. Est, cum idem verbum in eadem sententia & primum est, & extreum. vt, [Cæsar, & famam, & nomen tot ferre per annos. Tithoni prima quo abest ab origine Cæsar. Et, Ante nous rubeant, quam prata coloribus, antè. Et, Vnum illud tibi nate dea, proque omnibus vnum. Et, Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso.] Latinè dicitur inclusio.

Epanalepsis.

P. Ruf. p. 3. Hoc schema fieri solet, cum id, quod dictū semel est, quo grauius sit, iteratur. Id interdū sit uno verbo: interdum plurium verborum coniunctione. Verbum sic iteratur. Pythiz. Quid contra tot res, tamque cudentes dicere potes Demosthenes? cognitum enim est te rempublicam venalem habuisse, cognitum est. Item Hegesia, Sed instigabat multi iudicis animum ad bellum, inferendum incitatus iracundia furor. Furor, inquam, non ratio, sine qua nihil, vñquam populus ex sententia gesit. Sed plurium verborum iteratio est huiusmodi. At ego in his ærumnis amicis sum spoliatus omnibus iudicis: qui non, quod me odissent, sed quod inimicorum factione pertinuerunt, me in malis deseruerunt.

Epanalepsis, repetitio. Hæc figura tantum à Palinlogia distat, quod in illa quidem pars orationis bis reperitur, tum coniunctum interposito uno, aut altero verbo, quo vehementior elocutio videtur fieri: at in hac ex plurium verborum continuatione reperta, idem queritur: vt, si dicas, Patriæ suæ quisquam, o di immortales! exitium est machinatus? Hæc non potest iam non potest, inquam, libera hæc ciuitas esse.

Iul. Ruf. p. Epanalepsis, repetitio sententiae propter aliam necessariam causam, non vt sit in figuris elocutionis, sed apud Lucilium: vel confilio, vñstrum quod dictis, olim eælicolæ adfuisse priore concilio. Cic. pro Rabirio, Libenter si esset integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirij manu intersectum, nihil me iste clamor commouet, Vsque hoc libenter, inquam, profiterer.

Epanalepsis, est eorumdem verbum simul positorum, cuiusdemque sententiae post multa interiecta, cum aliqua periodi conclusione facta repetitio. vt,

*Huic pater o Lenea, tuis hic omnia plena.
Muneribus, tibi pampino grauidus aut uno-*

*no
Floret agr , ssumat plenis vindemia la-*

*bis:
Huc pater o Lenea veni !*

Et, Pastorum musam Damonis, & Aphesi-

*boi,
Immemor barbarum, quos est mirata iuuen-*

*ca
Certante , quorum stupefacta carmine lyn-*

*cos:
Damonis musam dicemus , & Aphesi-*

*bæi.
Latinè hæc figura dicitur resumptio, vel*

στραγάπο τος ίδο με-

repetitio.

Epanaphora.

Est, cum ab eodem verbo plures inchoatæ sententiae incipiunt. vt,

Hic gelidi fontes, hic mollii præn Lycori,

Hic nemus, hic ipso tecum consumeret a-

*uo..
Et, Num fletus ingemuit nostro num lumina*

flexit?

*Anaphora
Num lachrymas uitius dedit? aut misératus seu repeti-*

*mentem est?
Et, belum o terra hospita portas.*

Rhetor.

Iul. Ruf. p.

Bello armantur equi , belum hac armenta Aquil. p.

20.

Et, Ver

*Et, Vix adeo frondi nemorum, ut viles sy'nis.
Et, Nocte tenuis stipula melius, nocte arida pr-*

32.

*Tendensur, noctis latus non deficit humor.
Latinè hæc figura dicitur regressio.*

Epanaphora, quod relarum vocant. Hæc figura, vel frequentissimè, & Demoth & M. Tul. & omnes vehementes oratores vntuntur: quando præcipue, & ipsi commoti videri volunt, & iudicem commouere. Constat autem ex eo, quod eadem pars orationis sèpius per singulos ambitus, aut per singula membra, interdum etiam bieuius per cæla, que nōmata appellant, repetitur hoc modo: Verres calumniatorem apponetbat, Verres de causa cognoscebat. Verres pronuntiabat. Aut si das: ille venire hostes nuntiauit, ille vos in motum belli compulit, ille in tumultu, ut ciuitas esset efficit. Per ambitum autem repetiti potest eadem pars orationis sic: Tandiu Tib. Gracchus populo gratus fuit, quandiu leges ad voluptarem eius, non ad utilitatem recip. compositas cerebat. Tandiu C. Gracchus, quandiu legibus agrarijs, & frumentarijs, & ceteris profusionibus ærarijs multitudinem imperitam promerebatur. Tandiu Saturninus plurimum potuit, quandiu easdem illas frumentarias largitiones, & agri diuisiones pollicebatur.

Epanodus.

*Iul. Ruf. p.
32.* Est, cum duobus brevibus, pluribusue propositis, ad singularem enarrationem recurritur. Vt,

—diuellimus inde,

*Iphitus, & Pelias mecum, quorū Iphitus suo
lam grauior.*

*Et, Prosinus Orsilochum, & Buthen, duo maxi-
ma.*

Teucrum

*Corpora, sed Buthen auersum cuspide fixit
Loricam, galeamque inter, qua colla sedentis
Inuenit. Latinè dicitur euersio, vel regressio.*

Epanorthosis.

*Iul. Ruf.
pag. 32.* Est, cum supradictum verbum verbo sequenti corrigitur: vi, Non subripere, hoc est furari. Latine dicitur correctio. Sic Cestius Pius. Erat nauigium, imo fuerat. Eadem. Aphorismus.

Epembola.

Hermog. Επεμβολὴ intercalatio. Apud Hermogenem figura est non dissimilis Parenthesi, Επεμβολὴ enim est interscere, & interca-

lare. Sic usurpauit Plato in Timaeo παραδόγης, πάρεργαν ἀλλό μήκος ἐπεμβολήτεον. Neque ad orationis prolixitatem, otiosa quædam alia longitudo interscenda.

Epenthymesis.

Επενθυμητις melius inter argumentationes collocatur, quam inter figuræ. Est rationum, atque enthymematum acrior quædam, & contorta volubilitas. Vnde Hermogenes περὶ περιθύμησος.

Epexegesis.

Enarratio potius est, quam figura, de qua in narratione.

Epexergasia.

Επεξηγασία expolito cum in eodem loco manens orator aliud dicere videtur. Cic. 4. ad Heren.

Epibole.

Hoc schema duplice fieri confuerit, cum pluribus, & diuersis sententijs, aut unum aut P. Rutilij idem verbum singulis præponitur: aut varietas verborum, quæ tamē eandem vim inter nabora se habent: quæ ab uno verbo sèpius proficiuntur, sunt huiusmodi. Lycurgi, Nam cum iuuentus concitata temere arma caperet, & quietos Thessalos manu laceſſere conaretur: iure senatum coegeri autoritate sua compri- mere adolescentium violentiam. Ego auctoribus interminatus sum, ne sumptum appendio præberent. Ego armamentario patefacto restitu, atque effiri arma prohibui. Itaque mea vnius opera compactum, non concitatum bellum, non necessarium scitis. Item Hegeſia, Miscremini mei, iudices, quem coniurata tanta vis inimicorum oppugnat. Miscremini solitudinis, cui ne in summo quidem tempore periculi liberos adhibere ad communem calamitatem decernendam licitum est. Miscremini feneſtutis, quæ me etiam sine cæteris malis grauiter defatigat. Varietas verborum, quæ eandem vim habet, huiusmodi est. Demosthenis, Dolui viri Atheniensis, ubi illum clandesinum hostem impune intra murum vidi vagari: ægriè tuli, quod omnium vestrum, facilitatem vnius fallaciæ tentatam intellexi: commouit me, quod in accipiēda iniuria plerosque lætitiam ostentantes cognoui.

Epicrisis.

Επίκρισις, cuius meminit Hermogenes in capite περὶ ἀληθινῆ λόγου t. 2. id. Defini- nitur ab ipsius Hermogenis Scholiaste λόγος πρότερ-

προλόγος Επικύρωσις καὶ βεβαιώσις sermonis dicti confirmatio & corroboratio: ubi statim sententiae, seu propositionis allatae subiicitur ratio: ut apud Demosthenem, de corona, Δένον μέτα γάρ τοι πάντας γάρ οὐ, καὶ λαβεῖ πατέρας. Graue illud quidem, o terra, & Diū! quomodo enim non esset graue contra patrem?

Epidiorthosis.

Alexander. Ab Alexandro Rhetore à Prōdiorthosi discriminatur, quod hæc ante dicti cuiusdam acerbitatem præsumiat auditorem: Illa orationem iam durius prolatam corrigat & mitiget.

Epimone.

Commoratio, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius. Cic. 4. ad Herenn. ἐπιπλέον, ἵνα τὸν αὐτὸν νομοτρόπον μετ' ἀνέγερτος. Alexander Rhetor.

Epiphonema.

Iul. Ruf. p. 28. Hæc sententia in fine expōsitæ rei cum affectu enuntiatur. Cicero in Verrinis, non vitam liberam, sed mortis celeritatem precabantur.

Epibolus.

Iul. Ruf. p. 3. Inter hoc schema, & Epibolen, hoc inter Epistrophæ, est, quod in superiore vnum pluribus sententiis anteponitur: in hoc autem omnium sententiarum, vnum, atque idem nouissimum verbum. Sofocletis, Non enim alius, quis est, cuius opera in has difficultates inciderimus? Sed initio ad bellum suscipendum vos primum impulit Philippus. Deinde in ipso belli labore, ac periculo deseruit nos Philippus. Nouissimæ nunc calamitati nostræ, atque culpæ, succensuit idem Philippus.

Epiplexus.

Iul. Ruf. p. 27. Siue epitomesis. Fit hæc figura cum iurgamur, aut coarguimus. Cic. in Catilinam, Parere tua confilia non sentis: quem nostrum ignorare arbitraris? Terent. Non ego te vidi manum, &c. Virg.

Non ego te vidi Damonis pessimè caprum
Excipere insidijs.

Epipole.

P. Ruf. p. 4. In hoc ex prima sententia, secunda ostendit, ex secunda tertia, atque ita deinceps complures. Nam quemadmodum catenam multi inter se circuli coniuncti vincunt; sic huius sche-

matis scrieri complures sententiae inter se connexæ continent. Lysias, Constanti igitur, iudices, Simonem domo sua, ab suis Diis penatibus, vi cum summa iniuria esse excravatum. Nam Cheremenes cum hominibus armatis ad eum venit, cum venisset, sine ulla religione domum eius expugnauit: expugnata vi domo, familiam abstractam, tormentis omnibus excruciauit: cruciatam, vinxit: vinclam, in publicum proiecit: opinor ne suum maleficium tacitum lateret, sed ut cum prætereunte prostratam familiam videant, & à vicini rem gestam audirent, simul & oculis, & auribus, scelus illius visuparent. Item, Lycurgi, At mili mirum videtur, quod tam excelsum boni gradum, homo summi laboris exceperit: Nam cui prestat est sua voluntas, industria si necesse est: industria verò, scientia consequitur: ex scientia, copia, & facultas ingenij nascitur: ex qua facultate vera, & facilis, felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens studium virtutis, fructus fortunæ fallit.

Epistrophe.

Iul. p. 32. Est, cum in eadem verba plures sententie definunt, vt Horatius,

Si curtaus in aequali tonsore capillos

Occurrerides: si forte subucula pexa

Tria subest tunica, vel si roga dissidet im-

par,

Rides.

Alia species

artificiosa,

cum non e-

adem qui-

Tunc quoque fas nobis Teucri armare fuisti.

dem verba

repetuntur.

Et, Impius ante aras, atque auri cæcus amo-

Sed tamen

periodi per

certum &

definitam

Epiheton.

Etiam inter figuræ numerari solet, quod aliquam dispositionem collocatum, venustè colorat orationem cōcluduntur.

Epithrocasmus.

Percursio. Hæc tursum figura differt à coaceruatione: quod cum illa res diuerfas plures in eundem locum conferat, hac distantia plura inter se percurrens velocitate ipsa circumponit: vt si velis dicere, Cæsar in Italiam e. p. o. ubi uolaret, Corfinium præsidio desertum ceperat, vrbe potebatur, Pompeium pertinebat, claudit. quebatur. Idem vensem Alexander Rhetor Aquil. p. τὰ πόλιν διεγκότα ταῦτα εἰ καὶ διεγένετα. I. 4.

Epi.

Q. 9

Iul. Ruf.
p. 37.

Epitomesis.
Est etiam proxima figura, cum aduersari-
um iisdem verbis, quibus ab eo lacessiti sumus
percutimus. Ut in illo, *Quis deus in fraudem*,
qua dura potentia nostra Egit? ubi hic Juno,
quia scilicet, Venus dixerat, si nulla est regio
Teucris, quam det tua cōiux dura. Et, Bis cap-
ti Phryges. Latinē dicitur obiurgatio.

Hermog.

Epitrechon.
Επιτρέχον percurso, vbi res, & sententiae
summa velocitate percurrentur, & discutuntur.
Eadem est cum Epitrochismo. Herm. lib.
2, de formis dicendi.

P. Ruful.

Epitrope.
Hoc fieri solet, cum alicui rei vehementer
confidimus, & nostro iure iudicibus largi-
mūr: ut quemadmodum videtur illis, consti-
tuant, arque ei pareamus. Hyperidis, sed ego:
iam iudices summum, ac legitimū, quod
exposui, meā causā ius omitto: vobis, quod
æquissimum videatur, ut constituatis, permit-
to. Non enim vercor, quin etiam si nouum
vobis instituendum, libenter id, quod postu-
lo, propter utilitatem communis consuetu-
dinis sequamini.

Iul. Ruf.

Epitrope. Hac sit, cum figuratè concedi-
mus, quod velit, quis faciat. vt, Virg. Aene-
id. 1.

Aquila p. 35.

**1. Sequere Italiam ventis, pete regna per un-
das.**

Et Cic. in Catilin. Quid expectas? profici-
cere: nimirum iam diu te Imperatorem illa tua
Maniana castra desiderant.

Epizeuxis.
Sive Diplosis, geminatio vinis verbis, vel
plurium in eadem sententia duplicitatio. vt,
Vos appello fortissimi viri. Quint. lib. 9, c. 3,
distinguitur ab Anadiplosi, quod haec sit in
diuersis sententijs. Anadiplosis eadem, & re-
duplicatio.

Erotoma.

Interrogatum. Eo utimur, ubi exacerban-
do aliquid interrogamus, & angemus eius in-
uidiam, hoc modo. Fuisse illo in loco dixi-
stine haec ita gesta esse: renuntiasne ea qui-
bus decepti sumus? Hac enim si sine interrogati-
one dieantur, ad hunc modum, hic fuit
illo in loco, & ita esse gesta dixit, & falsa renun-
tiando nos decepit: haec si prolata, minus
inuidiosè proferentur.

Erroris inductio.

Numeratur à Ciceroque inter figurās,

quam Scaliger refert ad ironiam l. 3: c. 9.

Ethologia.

Morata oratio, qualis est ista Lysiae.
Rure rediens, iudicēs, homo maior natu^{P. RUF.},
magno calore, vix sufferens viæ molestiam, p. 6.
tamen his verbis egomet me consolor: fer
fortiter demum labore, iam breui domum
venies expectatus: exciper te defatigatum
diligens, atque amans vxor: ea sedulo, ac
blande præministrando deraher langu-
rem, & simul seniles nutriendo recuperabit
vires. Hæc me in itinere cogitatio prope con-
fectum confirmabat. Postea vero, cum do-
mum veni, nihil carum rerum inueni: sed
potius bellum intellitum ab vxore, contra
me comparatum. Item Demosthenis. At me-
dius fidius, iudices, ego sic arbitrabar, fili-
um ad patrem dissoluto vultu venturum,
lachrymis patrium sinum oppleturum, sup-
plicem precaturum, obsecraturum, blandita-
rum, quod periret, à patris mollitie impetra-
turum. Sed hic longe aliter: namque incre-
dibili confidientia armatus, ad patrem aduo-
lauit sicut hostis: atque initium sermonis,
cum iurgo sumpsit.

Ethopeia.

Moralis confictio. Hæc figura differt à Aquil. p. 6.
Prosopeia, eo, quod & ibi personas fingi-
mus, quænusquam sunt: hic certis quibusdam
personis verba accommodatæ ad singinus,
vel ad improbitatem earum demonstrandam,
vel ad dignitatem. T. le est illud pro Quin-
ctio. Quid Sex. Nævius ad hæc ridet nostram
amentiā, scilicet, cum ab eo officia boni viri
desideramus. Et quemadmodum natus, inquit,
& quemadmodum educarus. sumi memini.
Vetus est, de secura diuitem factius multo,
quam patrem familias fieri posse, &c.

Ethopeia, est alienorum affectuum quali-
um liber, dictorumq; imitatio, non sine repre-
hensione. Latinē dicitur figuratio, vel expref.
sio.

Euche.

Precatio. Virg.

*Da nunc Tymbre pater ferro, quod missile li-
bro.*

Cic. in Catilinam, cum inuocat Iouem ad
pœnam coniuratōrum, atque ita concludit,
Aeterius supplicijs viuos, mortuosque ma-
stabat.

Exallage.

*Exallage immutatio, & diuersitas, Vbi.
varia.*

varia subiude cursim inferuntur. vt, Primum Amphipolin cepit, deinde Pyduam, mox Potidam, postea Methonem. Exinde ingressus in Thessaliam. Demosth. i. olynth.

Exartesis.

Exceptis suspensio. Annuleratur etiam à nonnullis inter figuras, quæ sit, ubi figuræ figuris implexæ sunt, sicut annuli in catena, vnde plena, grandis, & suavis decurrit oratio, quod in Cicerone, & Demosthene passim occurrit. Hermog. lib. i. de formis.

Excitatio.

Exceptis quoties languentem auditoris animum, aut tadio affectum excitamus. vt,
Non mibi si lingua centum, ora que centum Ferrea vox. Sealig. lib. 3. poët.

Expeditio.

Appellatur ratiocinatio à partium enumeratione volubilis, & sibi instans, de qua inferius.

Exuhenismus.

Iul. Ruf. p. Figura hæc sit, cum rem aliquam extenuamus, & contemptam facimus. vt apud Luciliū. At magnum fecit, quod verbis Graeca latiniſ miscut. Apud Tullium pro Cecinna, Eieci ego te armatis hominibus, non deieci, vt tantum facinus, non in aquitate juris, sed in vna litera latuisse videatur. Item in Philippicarum secunda. Nunc quod quereretis quomodo rediſsem: prima luce, non tenebris. Deinde cum calceis, & toga, nullis calgis, nec lacerna. Cato apud Athenienses, Antiochus epistolis bellum gerit, calamo, & atramento militat.

FIGVRA per casum genitium. Ut si dicimus, camus, constans vir animi. Item alia: vt se habent ita:

Iisque ansens animi, & rumore accensus amaro.

Et, At non infelix animi, Phœnissa.

Et, Actuum pius Aeneas, atque inseger cuius.

Ascanius.

Et, Hic anni grauis, atque animi maturus Aethes.

Et, si quis dicat, pecuniae diues: vt, Insula diues opum.

Et, Diues equum, diunes pictas vestis, & aurum.

Item, — quas illi laeti bonorum.

Et, Expediunt fessi rerum,

Et, Ille mihi ante oculo felix, fundusque leborum,
Egregiusq; animi.

Et si qua sunt talia.

Figura per datiuum. Si quis dicat, timeo il-

Ibiderem.

Et, pro timeo pro illo, & talia. vi.

E& pariter, comitique, onerique timen-

tem.

Et, Tunc decuit mortisse tuis.

Et, Hac cum Dardanio a Enea miranda vi-

dentur

pro ab Aenea. Et quæ antiquæ dicta sunt,

— cui nomen ayllo Romanum est.

Et, — cui nunc cognomen lulio

Additur &, Cui Remulo cognomen erat.

Et, — cui nomen Amello fecere agrico-

la.

Item si qua sunt talia.

Figura per accusatum. vt si quis dicat, P. 34.

Togam fuisse, profusam togam habens. vt se

habentista,

— nodoque sinus collecta fluentes.

Et, Scissa comam.

Et, — rosas laniata genas.

Et, — tumiduque nouo præcordia regno.

Et, Inflatum heſterno venas, ut semper, Tac-

cho.

Et, Ecce manus iuuenum interea post terga

reuinatum.

Et quæ antiquæ dicta sunt,

— foran, & haec om̄ meminisse iussabit.

Et, — numeros meminiſi verba tenerem:

pro numerorum memini. Item si qua sunt

talia.

Figura per ablaciūm. Si quis de quopiam

dicat Magnus virtute, bonus bello, pro in bel-

lo. Et, erectus capite incedit. Vt se

habent ista.

Purpureis cristiis iuuenes, auroque coruscant.

Et, Sunt mithib⁹ septem præstanti corpore Nympha.

Et, Vnde prima letum filique quassante legu-

men.

Et, Tereti subnecliti ſibula gemma.

Et, qui foro tapetibus altis

Extrahit.

Et, Quam tua ne ſpoliata armis, excufsa ma-

gistro

Deficeret.

Item si qua sunt talia.

Figura Graeca, aut casuum varietas. vt,

Montibus in nostris ſolus tibi certat Amyntas. Ibidem.

Et, — placidone etiam pugnabis amoris.

Qq 2 pro

pro tecum certat, & cum amore pugnabis.
Et, Reddidiis una bōum vocem,
pro vna ē bobus. Item similia. Aut propositi-
one detracta. Vt

—maria aspera iuro.

Et, Thyrrhenum nauigas aquor.

Item quae sunt talia.

Figura per personas. Vt si quis dicat, vos
superi Jupiter precor. Vt sunt ista.

Vos ô Calliope precor asp̄irare canenti.

Et, Vos ô patricius sanguis, quos vivere fas est.

Item si qua sunt similia.

Figura per numeros. Vt si quis dicat, po-
pulus locuti sunt. Vt

Pars in frustis secant, veribusque tremen-
tis figunt.

Et, Pars calidus, latices, & ahena, undantis
flamnis.

Expediunt.

Et, —senitque animis ignobile vulgus,
Tum pellare grauem, ac meritis si forte vi-
rum, quem

Conspexere, silent.

Figura per prepositionem ad, modo se-
mel, & simplicem positam. Vt si quis dicat,
aduoluor illum, pro ad illum volvitur. Et acce-
do illum, quasi ad illum accedo. Vt

Explorare locos, quas venio accesserit eras,

Et, Nunia fama ruit, matrisque adlabitur au-
res

Euryali.

Et, Eletra ut Graij perhibent Atlantide cre-
tus.

Adnebitur Teucros.

Modo simpliciter relatam. Vt quin adeat ad
eum? aggrediar ad illum. Et si qua sunt ta-
lia.

Figura per prepositionem in, modo semel
simplicem elatam. Vt

Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad a-
ras.

Et, Tu calamos inflare leues.

Quasi in calamos, ebur, flare. Et apud Salu-
stium, atque eos à tergo incurserunt, quasi in
eos incurrerunt. Modo dupliciter elatam. Vt

Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

Et, Induit in florem, & ramos curvauit olen-
tes.

Et, Hunc in prona iugo lanum incumbebat in
annem:

Et si qua sunt similia.

Figura per verborum qualitatem. Vt caput

velor, pro caput velo, aut capite velor. Vt

Capite ante aram Phrygio valabar amictu.

Et, Flava caput nec tunc olim.

Et, — pecudum fulvis vela ut pectora setis.

Et, — aut pacem Troiano ab rege petendum.

Et, — populare penates,

pro populari.

Figura per modos temporum. Vt cum di-
co, libens fecero, pro faciam, vt

—donec me flumine viuo.

At luero.

Figura per aduerbiorum qualitatem. Vt ^{Pag. 35.}
cum dicimus, Adillum cœno. Ad villam mo-
ror, pro apud villam. Et, terræ iacet, pro in-
terra. Et, Domi, militiæque res gestas. Et, cu-
ius domo nota est annos sexaginta natus. Et,
tot annos bellagero.

Figura per Pleonasmum. Vt, Antiquum ^{Ibidem.}
obtinens. Vt, Mortem occubere, & obire di-
cem, & viuere vitam, & pugnare pugnam, &
ire iter, & oculis videre, &

—voce vocans Hecaten.

Et, Hunc oro sine me furere ante furorem:
ac si qua sunt talia.

Figura per eclogam verborum. Vt cum ^{Ibidem.}
enuntiamus bonos dicere, fortis pugnare.
Item, da bibere, da cœnare. Et,

Donat habere viro.

Et, Cunctaturque metu, lethumque instare:
tremiscit.

Et, Da sternere corpus.

Et, — daiungere dextram.

Et, — quale per agsum

Dulcis aqua saliente strem restringere ri-
no.

Et, Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi ven-
do,

Iliade.

Figura per eclogam aduerbiorum, Vt, ^{Ibidem.}
cum dicimus, magnum tonat, tumidum lo-
quitur.

Magnumque fluentem nilum.

Et, —vixque volutus ad terras.

Et, Immane sonat per saxa.

Et, — nec longum letabere.

Et, graue olentis Auerni.

Et, — horrendum intonat armis.

Et, Nauibus, infandum, amissis.

Et si qua sunt talia.

Figura per pronomina. Vt, nullus dixe. ^{Ibidem.}
ris, pro ne dixeris. Et, Quis mulier.

Figura per eclogam nominum. Vt ^{Ibidem.}
dici-

dicimus, bonum est virtus, malum infamia. Nam neque tam paria duo verba sunt: neque eundem habent casum, & sonum vocis, quām Græci προσωπιαν appellant. Id est huiusmodi. Nam respub. nostra ad hunc statum gloria peruenit, non multitudine hominum, sed seueritate legum.

Dulce satis humor depulsi arbus haedis.

Et, Tale tuum carmen nobis diuine poeta.

Quale sepor sefis in gramine.

Gradatio.

Climax, & κλιμακωτὸν σχῆμα ab Hermogen. Vide Climax. Bis tantum in Demosthen. inueniri hanc figuram notat item Hermogen. lib. i. de formis.

Heterogenes.

Heteroptoton, Heteroprosopon, Heterarithmon à vetere quodam Scholiaste Græco annumerantur inter figuras grammaticas, satis ex notione sui nominis perpicue sunt.

Homœon.

Iul. Ruf. Hæc figura sit, cum ex partibus aliqua similitudo colligitur. vt. Virg.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora tenebat.

Etiam in actu sit homœon. vt idem Virg.

Non aliter, quām si immisis. ruat hostibus omnis.

Carthago, aut antiqua Tyrus.

Cic. in Verrinis ait, succinctam Scyllam lippis, & canibus, cum pube tenuis virgo sit, similem esse Verris, & comitum illius, quibus quasi canibus succinctus sit.

Homœoptoton.

P. Rut. Hæc in duobus verbis eundem habet casum, aut eandem nouissimam syllabam. Id est huiusmodi. In rebus aduersis, cui præsto est consilium, non potest decife auxilium. Item Socratis, nam qui secundis rebus libenter assentiantur, idem simunt, ac se fortuna contrastauerit, primi insiduntur.

Aquil. p. 19. Homœoptoton simile in casibus. Hoc ex eo nomen accepi; quod membra illa, id est κάλος, in eodem casu cadunt ad hunc modum: huic igitur socios vestros criminanti, & ad bellum vos cohortanti, & omnibus modis, vt in tumultu effectis, molienti. Hæc enim tria in eundem casum determinata sunt.

Hon. oesis.

Iul. Ruf. p. 28. Est, cum per similitudinem res prastantur. Cuius species sunt primæ duas, paradigmata, & parabole. Horum distantia est, quod paragma facit vera exempla, parabole ficta ostendit.

Homœolepton.

P. Rut. p. 10. Hoc minus evidens est, quam homœoptoton, & minorem affect auribus iucunditatem.

Hörismus.
Hoc schema sit, cum definimus aliquam rem nostræ caussæ, ad utilitatem, neque tamen contra communem opinionem. Id est hujus. p. 8. modi. Nam virtutis labor, vera voluptatis exercitatio est. Sed fieri solet hoc schema non nunquam ratione supposita, tum denique magis illustratur, ita vt fecit * diues anarus. In villa ædem feci fortunæ. Crimen arguitur temeritate illius, quæ tam locupletis copias dederit ci, qui odisset vti.

Hyperbaton.

Quod opportuna ordinis mutatione aliquid ex significatione mutando numerosam reddit orationem. Fab. lib. 8.

Hyperbole.

Alijs schema, alijs tropus videtur. Cæterum sit, cum excedit veritatem sententia apud Virg.

Qui candore niues anteirent, cursibus au-
ras.

Hypexarefis.

Ab Alexandro Rhetore nominatur inter figuram, fitque cuni in comparatione rerum, aut personarum alias excipimus, cum quibus comparationem nullam inire volumus. οὐδὲ λόγῳ πρόσωπον ἡ γένος. Sic apud Homerum.

Αὐδράσι μὲν προτέροισιν ἐρίζει μηδὲ οὐκ.

ἔθελησα.

Οὐδὲ Ηραλέει οὐδὲ Ευφύτω

Hypobole.

Subiectio, cum interrogamus aduersarij: aut Iul. Rufini quærimus, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit: Deinde subiectimus id, quod dici oportet è contrario. vt, Amplum patrimonium recessum est? At patris bona venerunt. &c. Cicero. 4 ad Herenn.

Hypocrisis.

Est figura sententiae, cum aduersarium gesu, Iul. Rufini. & pronuntiatione extollimus, vel abijectus, p. 37. & spernimus. Vt, in illo,

Cantando tu illum? aut unquam tibi fistu-
la certa.

Qq 3 Iunctus

Iuncta fuit.

Additur enim, Tu nullus alioqui, illum autem magnum in canendo. Et,

— non ego Daphnis

Judicete meum.

Quis, feliciter mihi iniquus es, & non recte iudicatur? Latinè dicitur pronuntiatio.

Hypomone.

Et παρελθον, quo suspenduntur auditorum animi. Arist. Rhet. lib. 3.

Hypothesis.

Est præstansia quedam animi, & fiducia orationis. Vt, ἔγγειλε τὸ φίληππον, φανερῶς οὐ τοσούτοις ἐκεῖνος συμμάχει, αὐτοὺς διαμένεις δύσλογον. Hermog. περὶ. lib. 1. p. 283. Redarguit Philippum tam aperte, vt eius socij exurgentes faterentur.

Hypothesis.

Est cum singulis rebus, sententijsque singula

Iul. Rufini.
p. 30.

debita verba iunguntur. vt,

Procumbunt picea, sonat ista securibus i-

lex.

Fraxineaque trabes, enneis, & fissile ro-

bur

Sciunditur, aduolunt ingentes montibus or-

nos.

Et, Venit hyems, teritur Sicyonia baccatrá-

petis,

Glande sues redeunt lati, dant arbata syl-

la.

Et, Varios ponit fructus autumnus, & alte-

Mitis in apricis coquuntur vindemia faxis.

Hæc figura latine vocabitur subiunctio, vel

subinsertio, vel subnexio.

Υπερολογία.

Vel, οὐρόν πρόστιφον, est sententia cum ordo in

verbis mutatur: vt,

Torrere parant flammis, & frangere sa-

xo.

Et, Postquam alios extigis fluctui, & ad aquora

venit

Prius enim franguntur fruges, & postea co-
quuntur, & ante ad æqua venit, & sic teti-
git fluctus. Tale est, & illud. Hic accipiet be-
nedictionem à domino, & misericordiam à
Deo salutari suo. Prius enim dominus mis-
erando iustificat impium, & sic benedicendo
coronat iustum.

Hanc figuram peculiarem Homero suffi-
ce indicat M. Tullius ad Attic. Υπέροχος πρό-

τερον διηγείτως.

Ironia.

Fit cum perfectæ forme similes conferun-
tur. Virg.

Tali amyklei domitus Pollucis habenis.

Cicero de L.R. Mare quod sua natura tran-
quillum sit, ventorum vi agitari, & contur-
bati solet: sic populus Romanus.

Ironia.

Simulatio. Frequentissima apud oratores,
qua figura aliud verbis significamus, aliud re-
fentimus. A quo genere figuræ procœnum Aquilæ
pro Ligario sumptuni est: Nouum crimen 14.
C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum,
&cæt.

Ironia, refentiatæ figura, quam hoc modo
enuntiabo: hic enim egregius author com-
munium commodorum, custos, & defensor l'emp. p. 11
reip. salus, & columnæ ciuitatis, de quo con-
traria, scilicet intelligi velim. Mutabo verba
ordine corum verso, vel tota locutione altera
explicate, sic: namque iste cuius ope, & auxi-
lio, videlicet ciuitas nititur. Manet utique
Ironia eadem, neque kæditur verborum im-
mutatione. At vero si figura elocutionis sit,
quam repetitionem, Græcè ἐπαναφορὰ voca-
mus, quæ est huiusmodi. Ille author discor-
diarum, ille dux seditionum omnium, ille
tumultuosus, proditor in bello: & illam par-
tem orationis repetitam sæpius in initio
membrorum, aut cæforum sustulcro, & tan-
tum semel dixerò, subiungens, &c. hoc modo:
ille, qui seditionum author, discordiarum
concitator, in pace tumultuosus, in bello pro-
ditor fuit: figuram elocutionis sustuli Nonnū.
quam autem, immo plerunque concurre-
re potest, vt sententiæ figura, coniungat-
tur cum elocutionis figura: qua hoc modo
enuntiatum est: Ille amator patriæ egre-
gius, ille recip. custos, ille defensor libertatis,
ac legum. Cum hoc de eo dicatur, de quo
contraria intelligi volumus, & ironiam esse,
quæ figura sententiæ est, & epanaphoran, de
qua, cum maxime diximus, quæ est elocu-
tionis. Nunc ad instituta pergamus. Sunt igit
figurarum elocutiones aliae, ad ornandum
tantum, & quasi ad pingendam orationem
accomodata: quibus princeps Gorgiae Le-
ontinus usus est, sed sine modo. Et ideo illius
oratio, quæ initio audientes nouitates per-
mouerat, fastidium meruit. Isocrates autem,
post eum parcus, nec non etiam ipse Democ-
ritenes, sed tanta moderatione, vt nusquam
in tedium incurrat.

Iro-

Beda
Presby. p.
330.

Jul. Rufini. Ironia, Elocutio ncula Sallustiana commo-
dissimè exprimitur, cum aliud in pectore re-
clusum, aliud in lingua promptum habemus,
& sententia enunciationis in contrarium a
verbis accipitur. *vt apud Virg.*

Scilicet ut superius labor est.

Apud Tullium pro Ligario, nouum crimen
Caesar, &c. in Clodium, & in Curionem,
tu vere festiuus, tu elegans, tu solus urbanus,
quem deceat muliebris ornatus, &c.

Ironiae autem species sex. Chleualmus, si-
ue epicertomesis, Charientismus, siue scom-
ma, Astismus, Diasyrmus, Exutenismus, Sar-
casmus.

Isocolon.

P. Rut. p. 29. Hoc autem duabus, aut pluribus sententijs
breuibus, & inter se paribus exiguntur: ita ubi
hoc est. Nequaquam mihi diues est, quamvis
multa possideat, qui neque finem habet cu-
piendi, neque modum status videnti. Nam &
multum desiderare, egestatis est signum: & ni-
hil parcere, egestatis est initium. Seo sum est,
beneficium dare libenter, & iniuriam facere
nolle. Nam dando beneficium, exemplo be-
nevolentiam acquirimus: non faciendo iniu-
rian, dimitaxat odium vitamus.

Aquil. p. 18. Isocolon, exæquum membris. Et autem,
quoties non pugnantibus inter se, sed paribus
tantummodo verbis, duo, vel etiam plura
membra, quæ καλλα dicimus, explicantur: vt
si dicas hoc modo: Classem speciosissimam
instruxit, exercitum pulcherrimum, & forti-
ssimum delegit. Addere etiam licet, Sociorum
maximam, & fidelissimam manum comparauit.
Et longius codeni modo progredi, dum
ne in fastidium incurras.

Lepiologia.

Alexander Rhetor. p. 578. Re tuiusdā per minutias absolute expositiō,
τὸν ἐν τῷ εὐρέσθαι τῶν συμβεβηκότων, οὐκ
πανούτων τὴν ἀποβίτην, ἐπιτεπτῶν εἰς προστι-
ατικούμενα. Hec figura plerumq; officit gra-
uior eloquentiæ, ubi minuta quæque non
sunt percensenda.

Littote.

Aurelii, malim λιτών, quum minus dieitur,
& plus intelligitur, *vt Georg. 3.* Nec mihi dif-
ficileat, id est, valde placat, Notatur à Seruio.
Eadem ferè cum μιτών.

Lyton.

Eadem est figura apud Scholiastem Aristidis,
αειδάλακτον, de quo superius.

Merismus.

Hoc schema singulas res separatim disponen-
do, & suum cuique proprium tribuendo, ma-
gnam efficeri utilitatem, & illustrem consue-
uit. Lycurgi. Cuius onines corporis partes ad geries.

nequitiam sunt appositiissima, oculi ad petu-
lantem lastricam, manus ad rapinam, venter
ad auditatem, virilis naturæ membra, qua-
non possumus honestè appellare, ad omne-
genus corruptelæ, pes ad fugam prorsus, vt
aut ex hoc vita, aut ipse ex viis ortus vi-
deatur.

Item Aristoteli. Alexandri enim Macedo-
ni, neque in deliberando consilium, neque in
præliando virtus, neque in beneficio benigni-
tas debeat, sed diu taxat in supplicio crude-
litatis. Nam cum aliqua res dubia accidisset, ap-
parebat sapientissimus: cum autem confingen-
dum esset cum hostibus, fortissimus: cum ve-
rò præmium dignis tribuendum, liberalissi-
mus: at cum animaduertendum, clementissi-
mus.

Metaphys.

Diminutio. Attenuatio orationis per mode-
stiam. Cic. 4, ad Hæren in Liptore.

Metabasis.

P. Rut. p. 72. Hoc schema duobus modis fieri solet. Ex qui-
bus unum genus est ciuiusmodi: cum ab ea sen-
tentia, quam propositum, concursum ad a-
liquam personam, aut rem, vt fortunam, &
tanquam præsentem appellamus, ita vt is fe-
cit. Myron. Haec mulier nuper fuit locuples, &
potens in amore, atque deliciis necessariis;
ornatus eius opibus abundabat: manus ancil-
larum, quæ sequebantur, comitatus appellan-
batur. Nune contrâ subito, & graui casu affli-
cta, vix mediocris ancillula dignitatem reti-
neret. Ofortuna, quam vehementer te rerum
varietas oblectat, & quam magno odio est ti-
bi beata viræ perpetuus, & constans fructus!

Alterum genus est, cum ad id, quod demon-
strare instituimus, ab alia re, & actionem, &
orationem nostram reuocamus.

Demosthenis. Sed nimirum inopinans inci-
di in causam temporis huius alienam, de qua
posteriorius dicendum. Quapropter ad illud, quod
paulo prius agendum reuertor.

Melanœa.

P. Rut. p. 31. Hoc schema fieri solet, cum ipse se, qui lo-
quitur, reprehendit: & id quod prius dixit, po-
steriori sententia cōmutat. Itavti facit Démô-
sthenes. Hunc quoniam de me, vt volui co-
gnoui-

gnouisti, iudicium per ipsum vitia constituta. Nam dum opus est, parentes appellant, quos scitis non ignotos fuisse, sed huiusmodi, ut omnes hos execrarentur. Sed hic bonus vir grandis natus, atque sero, sero loquor: immo vero nuper, atque his paucis diebus simul & Atheniensis, & cloquens est factus.

Item. At hic omnium sceleratissimus, nouo more, atque exemplo alieni facinoris index, ipse confidentissime, non criminibus, sed armis reum faciliere conatus: conatus: inimicum remisit. loquor. Nam qui tantam cædem perfecrit, huiusmodi incepti duntaxat. arguire, penè maleficij largitionem est facere. Congruit cum epanorthosi, & aphorismo.

Metaphora.

Ad unum verbum contracta similitudo. Definitur à D. Augustino, lib. contrà mendaciū, ca. 10. de re propria a non propriam verbi aliquius usurpata translatio.

Aquil. p. 16.

Metastasis.

Metastasis, transmotionem quidam inter figurās nominant, cum rem à nobis alio transmouemus, non ita ut ibi causam constitutamus, alioquin iam non figura erit, sed species quadam eius status, quem qualitatis, aut ex accidenti appellant, secundum Hermagorum. Cæterum alibi in parte aliqua orationis sententiam hoc modo figuramus: quale est apud Demosthenem, initio defensionis pro Ciciphonte:

Cum bellum, inquit, Phocense conflatum esset: non per me, nondum enim ego ad rem accleraram.

Tale & aliud pro Cornelio videri potest de æxario:

Refertum, inquit, tribunitijs legibus, exhaustum à quibus sit, ipsi sciunt.

Metastasis est, vel metabasis, cum à loquentis persona ad personam transitum facimus, ratione aliqua, vel defectu, ut;

Non hac Euandro de te promissa parenti

Difcedens dederam. Deinde;

Et nunc ille quidem spē multum captus inani,

Fors, & vota facit.

Deinde;

In felix, funus nati crudelē videbis.

Hic nostri reditus, expectatiq[ue] triumphi:

Hac mea magna fides: at non Euandro pudore

vulneribus pulum aspicio.

Hæc figura dicitur variatio, aut transitus. Vide in Metabasi.

Metathesis.

Est, cum quod ante dictum est, postponitur, & quod post dictum est, aanteponitur, ut;

Eripis ut perdis, perdis ut eripas.

Conuenit cum dialelo, commutatione, & analogia superius dictis.

Metonymia.

Nominis pro nomine positio, adiuvent pro re inuenta, possessa pro possessoribus, & contraria contenta pro continentibus, effecta pro efficientibus referuntur.

Analogia.

Coniunctio cum interpositione verbī, & superioris orationis partes comprehenduntur, & inferiores hoc modo: formæ dignitas, aut morbo deforescit, aut vetustate,

Mimesis.

Morum, affectuumque imitatio, in Ethologia, & Ethopía.

Mythorismus.

Irrisio, ἀπὸ τῆς μυκτῆς Θεοῦ, à naso, qui est irrisione symbolum. Vnde Horat.

—naso suspendit ad uno

Necessitas.

Avarus, cum factum aliquod in suas causas, re naturam, leges, mores, vel etiam fatum refunditur, ut;

Sed me fata Deum, &c.

Noema.

Noema intellectus, dicitur sententia, quæ obscurè vult intelligi, quod non dicit, ut in eum, quem saepius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti rescidisset. Eras dignus, ut haberes integrum manum. Sic enim auditur, ut depugnares. Fab. lib. 8.

Occupatio in Paralepsi.

Fabius.

Omoticon.

Schema, quod per iusurandum effertur, ut οὐματῶς ἐν Μαραθῶν προκινησαντας. Demosth. pro Corona: Observat Dion. Long. in lib. de sublimi eloquentia.

Onomatopœia.

Nominis fictio, ut, Syllaturit, Syllam imitatur. Hæc nominatio 4. ad Herenn.

Oxymoron.

Seu contentio, figura ex periculo petita, atque ita affectatè, & acutè enuntiata, ut ad insaniam accedere videatur, ut ait Quintilianus, ut, in nuptiæ nuptiæ, impia pietas.

Palin.

Palindromia.

Relatio, qua plura verba verbis pluribus una serie, eodemque ordine referuntur. Vide Cic. 3. de Orat. sect. 205. tale illud vulgatum.

Pastor, arator, quies; paui, colui, superauit;

Capras, raus, hostes, fronde, ligure, manu.

Palinlogia.

Iteratio. Haec figura repetito eodem verbo, aut nomine, non diueria vult intelligi, sed idem quod significatur efficere vehementius. Cuiusmodi est hoc: ferrum, ferrum, inquit, & hoc in iudicio dicit ter, ejulantur q; proterui: repetitum enim hoc ferrum indignitatem rei, atque audaciam eius, in quem dicitur impensis significat. Nec solum nomen, aut verbum, sed omnia pars orationis iterari ad eundem usum potest: vt cum dicitur, Tu, tu Antoni, Cesari ruenti, atque omnia permiscere cupienti, caussam bellii ciulis dediti.

Palinlogia est, cum verbum, quod in prima sententia est ultimum, in sequente fit primum, vt

*Pierides vos hac facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor sanum mihi crevit in ho-
ras.*

*Et, Addit se sociam, timidisque superuenit
Aegle,*

Aegle Naiadum pulcherrima,

*Et, Deiphobum vidi lacerum crudeliter ora-
Ora, manusque ambas.*

*Et, Concurrun Tyrrhenae aces, atque omnibus
uni,*

*Vni, odij/que viro, telij/que frequenibus in-
stant.*

Latinè dicitur iteratio.

Paradiastole.

Qua dissimilia discernuntur: vt, cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente formem, pro illiberali diligentem.

Rut. Lup.
p. 2.

Paradiastole, hoc schema plures aut duas res, quae videntur unam vim habere, disiungit: & quantum distent, docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo. Hyperidis, Nam cum cæterorum opinionem fallere conaris, tu tete frustraris: non enim probas te pro astuto sapientem intelligi: pro confidente formem: pro illiberali diligentem rei familiaris: pro maleuolo seuerum: nullum est enim vitium, quo virtutis laude gloriaji possis.

Hoc idem schema solet illustris fieri, cum ratio proposito subiungitur. Id est, huiusmodi. Quapropter nolo te sapienter parciū appellare.

cum sis auarus. Nam, qui parcus est, vñatur eo quod satis est: tu contra, propter auaritiam, quo plus habes, magis eges. Ita non tam diligentiae fructus, quam inopie miseria te sequitur.

Paradiastole est, cum similes res discernuntur contrarijs redditis, vt

p. 33.

*Triste lupes slabulis, maturis frugibus im-
bres,*

Arboribus venti, nobis Amaryllidu ira.

*Et, Dulce sati humor, depuljis arbuius ha-
dis,*

Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.

Latinè dicitur discriminatio.

Paradigma.

Paradigmatis quidem triformis est ratio. *Idem. p. 2.* Nam exemplum, aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumque. Personam sine sermone, vt Cic. in Milon.

Neque enim potuisset, aut Hala ille Servilius, aut P. Naſica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me consule senatus non nefarius haberet, si sceleratos ciues interimere nefas esset.

Sermonem sine persona. Catonis est dictum, pedibus compensare pecuniam.

Sermonem pariter, & personam, Cic. pro Roscio. Estne hoc illi dicto, atque facto Firmiano simillimum: Rursum parabola & ipsa tripartita est, per icona, homœon, epagogen.

Paradoxon.

Siue hypomone, sustentatio, vel inopinatum. *Idem. p. 29.* Hoc schema suspendit sensum: deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris, siue magnum, siue minus: & ideo sustentatio, vel inopinatum dicitur. Cicero pro Ligario.

Hinc profectus, non ad Cæsarem, ne iatus: non ad domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare caussam illam, quā secutus esset, videretur, &c.

Paralepsis.

Præteritio. Frequens est huius figuræ usus, *Aquil. p. 14.* ubi quasi prætermittentes quedam nihilominus dicimus, sicut pro Milone tota illa quæstio inducta est, qua docet ē Republ. fuisse occidi Clodium.

Quod si non possem, inquit, diluere crimen, vt dilui, tamen gloriose hac prædicare Miloni licet.

R. r

Item

Item de domo sua contra Clodium.

Videsne, me non radicibus euellere omnes actiones tuas, neque illud agere, quod omnino apertum est, te omnino nihil egisse iure, non fuisse Tribunum plebis? (&c. quæ pretermittere se ait: nihilominus dicit) Ut enim autem hoc adiumento in iis, quæ infirma, vel inuidiosa nobis futura sunt, si directo dicantur.

Paraphora.

Non est figura, sed vitium orationis, putâ barbarismus apud Hermog. περὶ μεθόδου διεύθυνσι.

Parasiopesis.

Rut. Lyp.
B. I. Q. .

Hoc schema est, cum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Et hoc vtendum est, cum aut notam rem esse auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare maiorem reticendo possumus.

Lycurg. In praesentia, iudices, iniussu populi, quæ improbissime gesserit reticebo: de falsis eius literis, quas ad senatum misericitihi dicam: quæ illi sâpè interminati sitis, omittam. Nam, & hæc vobis nota sunt, & quæ nouissime multò indigniora commisisti, & quam primum cognoscenda.

Hyperid. Cogis me iniuriæ tuae caussam proferre, nihil agis: non dicam, sed ipsum tempus eam patefacies.

Parembola.

Παρέμβολον, quando extrinsecus quedam nihil ad institutum pertinentia interseuntur, ut apud Homerum:

Καὶ μὰ τὸ δε σκῆπτρον τὸ μὲν οὐκ οτέ φύλα
λα, χρήσεις φύσει.

Iuro per hoc scoprum, quod nec folia villa, nec ullos ramos producet, &c. quacunque de scopro dicit: tandem quod principia quadrat, interf.

Ἵππος Αχιλλῆς ποδὸν ἵζεται θύτης Αχαιῶν.
Cerè olim cupiet Pelidem turbam Pelasgas.

Plutarch. de Schemat. Homeri.

Paregmenon.

Tul. Ruf. p.
32.

Est æquè similis figura, cum ex supradicto verbo aliquid deriuatur, ut,

— visio

Ipse grauius, grauiterque ad terram pondere usus.

Concidit.

Et, Oppetere ingentem, atque ingenti vulnera victimum.

Et, Voce vocat Hecaten.

Et, Ira iter, & castri audebit vellere signa.

Latinè deriuatio dicitur.

Parenthesi.

Cum in continentí sententia aliiquid interponitur, quod neque eius sit sententia, neque omnino alienum ab ea sententia: tum deniq; hoc schema efficit, sed periculose ponitur: nam aut mire inceptum, aut vehementer iucundum auribus accedere consuevit.

Denosth. Nos scilicet omnes (vt ferè fit) repente nuntio perturbati obstuimus: Adimantus autē solus (nā est homo mulum vehemens, & in reip. cōmodis satis liber) magnō clamore efflagitabat, ut Senatus haberetur: & prout tempus postulabat, celeriter quod opus esset constitueretur.

Eiusdem, Audieram appropinquare, tum statim magistratum certiore feci. Vos Di immortales (quorum est in templo gestum) testificor. Illi neglexerunt, & rem tantam dif- ferre maluerunt: cum interea subito portas hostis obsedit.

Parison.

Πάρισον coniungitur ab Hermogene cum allusione, vbi afferatur illud exemplum ex Thucid. lib. 1. χρησταί οὐτενινοί αὐτοῖς μᾶλλον, ἀλλα τελεόνειν; Hoc compar alij Rhetores interpretantur.

Parison propè æquatum, differt autem à superiori Isocolo, quod ibi membrorum verbaparia sunt numero: hic vno, vel altero addito, aut in superiori membro, aut in posteriore pariter excurrunt: ut si hoc enunciatus, Neque gratia, & diuitijs locupletum corruptus, neque minis, & denuntiatione potentum perterritus, neque difficultatibus, & magnitudine rei à proposita magnitudine deicetus. Hoc enim postremum pluribus verbis, quam superiora, enuntiatum membrum longius produxit: quod fieri & in primo potest. Sed ibi opportunitas, si quod longius erit ceteris, initio prænuntiatur, in posteriore autem, si ad postremum producitur.

Parodia.

Παρῳδία, ὅταν μέρος εἰσιν τοῦ έπος, παρ' αὐτῷ τὸ λοιπόν πεζώς ἐγινενον. Cum orator particulam aliquam versus efferves, reliquum soluta oratione interpretatur.

Sic plerumque recensentur versus à Demosthene, & Cicerone in orationibus κατὰ τελεόνα.

Phronæon.

Hoc.

P. Rutil.
p. 10.

Hoc schema, & homoeoteleton, & homoeopoton ferè non multum inter se distat, tamen quid intersit, ex vniuersitateque supposita sententia cognoscere poteris: & multo diligentius ex Grato Gorgiae libro, vbi pluribus vniuersitatibus ratio redditur.

Paromeon, hoc verborum efficit similitudinem. Ita, vii hoc est.

Nam disputandi, aut suadendi est aliud idoneum tempus, cum quidem aduersarius armatus prestat est, resistendum est huic, non verbis, sed armis.

Paromologia.

Idem p. 6.

Hoc schema fit, cum aliquot res aduersario concedimus: deinde aliquid inferimus, quod aut maius sit, quam superiora, aut etiam omnia quae possumus infirmem.

Hyperidis. Sumē hoc ab iudicibus nostra voluntate, neminem illi propriorem cognatum, quam te fuisse concedimus, officia tua nonnulla in ilium extitisse, stipendia vos una fecisse aliquandiu nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo Icriptus hic est?

Item eiusdem. Quid à me saepius his verbis de meo officio requiris? scripsisti vt seruis liberas daretur; scripsisti ne liberi seruitum experirentur; scripsisti vt exules restituerentur; scripsisti, vt ne quis exilio afficeretur. Leges igitur, quae prohibebant hæc non negligebas? Non poterant, propterea quod latentes earum armis Macedonum opposita obfistabant.

Paronomasia.

Idem p. 2.

Hoc, aut addenda, aut demenda, aut mutanda, aut porrigenda, aut contrahenda litera, aut syllaba fieri consuevit: Estque huiusmodi:

Non enim decet hominem genere nobilem, mobilem videri: nam cum omnibus hominibus, tum maxime maximo cuique in constantia rupitudini est.

Item, Ad huius sceleratissimi opera, qui fuit locus religiosissimus: nimur quia traditam sibi publicorum custodiam factorum, non honori, sed oneri esse existimauit.

Paronomasia est, secundum prædictum verbum positio alterius, ipso poscente sensu, vt apud Terent.

Nam incepito est amentium, haud amantium. [Et] Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Quale illud poterit forsitan videris?

Nec quisquam errantes acies, letibumque serventes

Sustentare: Contra, & aliter;
— puppesque tuae, pubesque tuorum.

Latinæ dicitur adnominatio, vel adfictio.

Paronyma.

Leuis imitatio. Hæc figura otnat orationem, vt in nomine, aut in verbo interdum syllaba, nonnunquam litera immutata, diuersa significet: vt si velis sic enuntiare;

Prætor iste, vel potius prædo sociorum. Allusio,
[Et] frequens illud apud veteres eiusmodi est.
Cui quod liber, hoc licet.

Non indecorè interim, & prioris verbi postremitas, similitudine posterioris excipitur:
vt se haberet.

Legem flagitas, quæ tibi non debeat; erat enim diligenter scripta.

Parrhesia.

P. Ruf.

Ferè contrarium est hoc schema superiori, p. 11. epitropæ. Nam in hoc vehementer cum iudice agendum est, & vitium, aut erratum eius audacter coram eo reprehendendum: sed diligenter hoc verendum, & raro assimilandum est inuicem necessariò dicere, ne magis confidenciam, quam dolore excitati videamur: atque ita non fides, sed odium iudicium consequatur.

Demosthenis. Sed ego liberam vocem veritatis apud vos omittam, non inquam, nec reticebo, quod salus communis dicit. Flagitiat vestram operam, viri Athenienses: in tanto respub. periculo est: vos enim decepti estis temere omnibus credendo: & quorum ignauissima sunt consilia, corum sententias utilissimas existimando.

Item Lycurgi, Sed vos, iudices, vos haec facere debetis. Nam cum in sententijs ferundis nocentibus remissionem paratis, vos improborum studia ad peccandum excitatis.

Parrhesia, oratio libera, quam Cornificius licentiam vocat. Cicero pro Ligario, Suf. p. 29. cepto bello Cæsar, gesto etiam ex parte magna nulla vi coactus, &c.

Contra idem. Quid aliud egimus Tuberio, nisi vt, quod hic potest, nos possemus? Interdum adulanter inducitur, vt hic adulatio est pro Rabirio perduellionis, liberè cum ait, quin continetis vocem vestram indicem stultitiae, testen paucitatis.

Parabopeia.

Hæc vel odio, vel iracundia, vel misericordia commouetur. Virgil. Idem p. 14.

R. 2 — domine

— domus interior gemina: miserisque tumul-

tu

Miscentur.

Cic. pro Roscio, Nemo erat, qui non ardere illa omnia malleret, quam videre in Sexto Rosco bonis dominantem, &c.

Apud eundem in Verrem, Clamor interea fit tota domo, pugna inter seruos Rubrij, atque hospitis, &c [Alio loco,] Cädere ianuam laxis, instare ferro, ligna, & farmenta circundare, ignemque, &c.

Per phrasim.

Circuitus loquendi, vel necessitatis, vel oratus causa adhibitus.

Permiso in Epitrope.

Per ssologias.

Redundantia verborum. Seruius, vt,

--- faciem mutatus, & ora.

Pleōton.

Scholia Aristid. Πλιτροί, implexarum inter se sententiarum textura, ut inter formosos sapientes, intersapientes formosus. Scholiastes Aristidis.

Aquil. p. 23. Magis necessarius huius figuræ vsus in eo est, ut verba quidem adiiciamus, non tam enuntianda: tamen necessaria, quam ut ex his magnitudo, vel dignitas, vel moralis aliqua commentatio, aut denique species motura iudicem circumponantur. Alioquin si nihil coru additio verbi efficiet, vitiosa erit. Itaque si dicas M. Cato ille: quamvis sufficiat nomen tantummodo postuisse, videaris tamen plus significasse addito (ille).

Irem hoc. Que, malum est ita voluntaria: seruitus: plus quiddam habuit. ex eo, quod (malum) interpositum est.

Pletorūnticon.

Longinus. Longinus inter grauitatis figuras nominat πληθυντική, vbi usurpatus numerus pluralis, pro singulari.

Ploce.

Copulatio. Ea figura elocutionis, in qua idem verbum, aut nomen bis continuo possum diuersa significat: vt est illud, Sed tamen ad illum diem Memmius erat Memmius. Ita enim hoc bis possum est, vt superius quidem nomen tantum significet hominis, posterius velet intelligi eundem qui semper fuerit, ac sibi similem.

Ploce, cum idem verbum, sententiayc ad consummationem superioris: retorquetur, vt;

Aquil. p. 15.

31.

Int. Ruf. p.

— Vos o, quibus integer avi
Sanguis, ait, solidaque suo stant robore vi-
res:

Vos agitate fugam.

Quale forsitan & illud accipi potest.

Pon etiam Arcadia, mecum si iudice cre-
tet,

Pon etiam Arcadiadicat se iudice victum.

Latinè dicitur implicatio, vel retractio.

Polyptoton.

Hoc schema solet complures sententias a- P. Ruini. p.
lio, arque aliquando, ut pronuntiantur, efferre. Cleocharis.

Nam vehementer admiror, Lacedæmonij, si præter hunc quenquam existimat esse, cui ob has causas iure succensere debeatis. Hic enim, qui nobis imploratum spem victoriae est pollicitus. Hunc vos non solum in consilio dando ceteris præposuistis, sed etiam in confidendo negotio principem præfecisti. Hunc omnium vestris fortunas vniuersi commisisti. Ab hoc igitur uno præstinae pollicitationis, rerumque gestarum orationem reponere debetis.

Item Charisi, Pater hic tuus nunc denique est, ut egestatem tuam debere alere videatur? Patrem nunc appellas, quem prius egentem auxilio tuo, ut alienum defecruisti? Patris tu filius es ad potiendas opes, cuius ad senectutem violandam crudelissimus hostis fuisti? Nimirum nullo consilio filios procreamus; nam maiorem partem ex illico doloris, & contumelie capimus.

Polyptoton, ex pluribus casibus. Hanc figuram ex eo nominarunt, quod cum saepius initio ab eadem parte orationis stat, illa ipsa pars declinationibus casuum, aut generibus, aut numeris immutatur.

Casuum declinationibus hoc modo:

Senatus est summi imperij consilium: senatu*t* recipi cura mandatur: ad senatum in dubijs periculosisque rebus omnis ciuitas respicit.

Generibus autem hoc modo:

Pulchra autem haec fama contingit ciuitati, si optimè meritum ciuem damnauerimus: pulchrum erat exteris nationes existimare: infestiores nos esse bonis, quam malis. Pulchre communibus utilitatibus consulemus, si quos oppressos, & hostes cupiere, nos circuenerimus.

Numeris autem, sic:

Grata semper singulis fuerunt, que com-
mo-

ille superior Africanus Senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subsellia a populo liberavit.

Polyrhetton.

Rut. Lup. p. Hoc schema efficitur cum sententiae multorum articulorum conuenienti copia continentur.

Pythie: Ille hunc pena constrictum trahet, hic autem vociferabatur, concursus vero non mediocris, cum tamen omnes opululari vellent, sed nemo auderet: neque ibi Magistratus aderat, nec circumspicientes, quo potissimum confugeremus, reperiebamus: sed uno tempore nos, & præsens, & futurum mandum perturbabat. Nam præsens tempus acerbitas erat plenum, reliquum vero timoris: Item Diarchi, Partim nostri filebant, partim autem ingeuentem clamorem excitabant. At hi socij, præclara nostra auxilia neutrum poterant, neque enim constanti silentio, neque forti clamore strenue quid agere combabatur. Huc accedebat ignavis tubæ strepitus, qui nihil eorum mentes ad virtutem excitat.

procatalepsis.

Iul. Ruf. p. 36. Est schema diæces, cum id quod aduersarius arrepturus est, aut quæ obiecturus præsumimus, ac prædicimus, ut illud,

Alexand. Rhetor. Græc. Rhet. pag. 377. ---neque me Argolica de gente negabo..

Hoc primum.

Et, ---Sic me Danaïs è gentibus unum.

Et, ---bello Argolicos fateor petuisse penates: Latinè hæc figura dicitur præceptio, vel anticipatio. Græc etiam prolepsis.

Procatasene.

Iul. Ruf. p. 36. Est procatalepsi proxima, cum rei de qua acturi sumus, colorem præparamus, atque prætendimus, ut in illo:

Am a so or, que me suspen sam insomnia ter rent?

vsque---que bella exhausta canebat.

Nam primò de insomnijs quæsta est, demum mirari se virtutem hospitis dixit, & veram fidem esse, a diis illum genus ducere; miseri etiam casus, & errores, ut verecundius postea de amore fatetur, quasi in affectum hospitis, vel insomnijs, vel admiratione calamitatis inducta sit. Hæc figura dicitur fainè præparatio.

Alexand. Rhet. p. 84. Predicationis.

Aquil. p. 12. Figura, quæ perspicuitatis causa verbum aliquod licet absoluto sermone subiungit.

Orat èv ἔνομα ἐπερχθη πεπληρωμένῳ λόγῳ, πρὸς διασφορά πλεοντι, ut apud Homerum:

Αλλ' οὐκ Ατρεῖδη Αγαμέμνονος ἡγδανε δυνατοῦ vox Iunioris redundant.

Prodiorthosis.

Præcedens correctio. Hæc figura, vbi aliquid necessarium dictu, & insuave audiens bus, aut odiosum nobis dicturi sumus: præminit. Exemplum apud Ciceronem frequens: Quanquam sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sum, dicendum est.

Alexander Rhetor hoc afferit. Demosthenis exemplum:

Κού ματ πρὸς Δεσπόταν ἐνεγκατέτισου λέγεται παρόμυθα τὰ λέγεται. Quæso vos per Deos immortales, vi cum optima de causâ dicam, mihi dicendi libertas non denegerur.

Prolepsis.

Hoc est, cum id, quod aut in aduersarij Rut. Lup. p. causa, aut in iudicis opinione esse, aut fore at- 8. bitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere, & cum ratione dissoluere.

Demosthenis, Arqui ego illum, iudices, arbitror Lycurgum laudatorem producturum, scilicet qui sit testis ejus pudori, ac probitati: sed ego Lycurgum vobis præsentibus hoc veniam interrogabo, velutne se similē esse illius factis, & moribus. Quod si negauerit, satisfactum vobis esse de veritate nostra debebit.

Lysias hac oratione sèpius apud me vtebatur, & orabar, vt suarum ærumnarum miserarer, inopiaque subuenirem. Quid multa? commotus humanis precibus depræcantis, quod petebat dedi, folus soli, quo minus nota calamitas hominis esset. Sed vt paratus venisse videarur, iam se negabitar accepisse, & flens vobis supplicabit, vt se à calumniatoribus cripatis. Vos autem, cum sic agentem videritis, fac itote, vt & illius, & mei memineritis.

Prolepsis est schema λέγον, id est figura e locutionis, cum ante numerus redditur verbis, quām res per sona affiniantur, ut,

Ne tantum Rhodope miratur, & Ismaru. Or phra:

Et, Intereariges ingenitimo mole Latinus

Quadriugo vehitur currunt, &c.

Latinè appellari potest præsumptio, vel anticipatio.

Proapodoſis.

Aquil. p.

Redditio, Nomen hæc figura ex eo accepit, 20. R r. 3. quod.

quod idem nomen in postrema parte membra, aut eadem quaecumque pars orationis redditur, est connexa, unde id membrum, aut is ambitus cepit, ut si velis hoc modo eloqui, cum quid quasi indignaris, aut dolcas: Tibi sele-
ratissime omnium, imputare omnes calamitates suas debet Respub. tibi. Aut sic: Hæc o
Dij immortales, in ciuitate moliri ausus est
Glaucia?

Rat. p. I.

Prosa podofis. Hoc schema duobus modis fieri aut tractari potest. Nam sententijs duabus, aut pluribus propositis, sua cuique ratio vel posterius reddetur, vel statim sub unaquaque sententia subiungetur. Quibus posteriorius ratio subinseritur, huiusmodi sunt. Demosthenes. Non enim pari ratione Philippus, atq; nos, diuersis rebus medetur: sed ille usque eo nititur, quoad restituat, atque exuperet. Nos contra, statim vinci meditamus. Ille enim pro laude, sicut pro patria, præliatur: nobis autem si nihil accedit mali, satis, ac nimium boni videtur. Cum singulis sententijs statim ratio subiungitur, hoc exemplo Demetrii Phaletri. Nam quod bene dicimus tempore, & cupienti datur, gratum est: ueritas enim, ac voluntas accipiendo, honorem dantis facit ampliorum. At quod seruo, & delectanti dari datur, ingratum est: amissio enim tempore ueritatis, cedit accipiendo cupiditas.

Prolynapsimēsis.

Προσημένης, occurrit, cum duobus nominibus positis, iterum ad eadem sit recursus: Alexander Rhetor, qui ciusmodi affecti exēplū, ἐλθόντες Αδηνάζων, καὶ Λακεδαιμονίων. Αρχεδαιμονίων μὲν Ευρυπάδεων γουργεῖσι, Αδηνάζων δὲ Θεμισοκλέεσι.

Protopoposis.

F. RHE. p. 8. Hoc fit, cum personas in rebus constitui-
mus, quæ sine personis sunt, aut eorum ho-
minum, qui fuerunt, tanquam viuorum, &
presenti actionem, & sermonē deformam⁹.
Αγέρη προσωποποιεῖτε τὴρ ποιητὴν τὸ βέβλιον,
καὶ τὸ θύος προσωποποιεῖτε Orig. cōtra Celsum l. 7. p. 366. Id est huiusmodi. Nam cum crudelitatis mater est auraria, tum pater su-
tor: ea huic facinori coniuncta, parit odium, inde item nascitur exitium. Hoc genere vñi
sunt poetæ, qui fabulas scriperunt in prolo-
gis: nam humana figura produxerunt perso-
nas, quæ in veritate artis, & voluntatis sunt,
non personæ.

Hyperid.

Alterum genus est, ita ut fecit Hyperides,

cum de adolescenti impudico diceret.

Quid si tandem, iudices, apud ipsam naturā, hanc causam agerem? atq; ita diuisit mulierem, virilemque personam, ut suum cuique opus, atque officium distribueret: i-ego hunc ostende: em, mulierem titu esse suo corpore abusum? nonne vehementissime admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur, virtutem se natum: sed depravato nature beneficio in mulierē convertere se properasset?

Item Charij, Existimat quoq; Remp. hic adesse, & pro vestra libertate supplicem vobis accedere: simul & liberos vestros, & matres familias amplexam tenere: parentes vestros estate confessos ad se applicare: redigere vos in memoriam, qualem se à majoribus accepte-
tis: obsecrare pro sacris, ac delubris Deorum immortalium, pro parentum monumentis, provobis ipsis, & salute vestra. Hæc si praefens agit, ut dixi, respub. quid animi estis habitis, quero.

Protopopos est personæ confitio. Hæc figura pluriū in se continet dignitatem, cu Aquil. rem ipsam loquentem inducimus, aut de-¹⁴ functos aliquos quasi excitamus ab inferis, & in conspectu iudicis collocantes, oratione hos circumdamus. Talis est illa pro Cœlio. Appij coeci persona inducta contra Clodium ita dicens.

Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? Sepe enim, quæ nos ex nostra persona dicentes vix ferant, iudices, supposita dignitate personæ liberius dici, & convenientius poterunt.

Protopom.

Πρωτάπων μετάθεσις alij confundunt cum apostrophe, sit vbi sermo diuertitur ad secundam personam. Φαῦλος κακοῦτας, καὶ ἀτε-
ρέπεις ἀλλήλοιστ. Longinus περὶ ὄφεως, diceret indefessos, & indomitos inter se.

Protomefis.

Προτίμης elecīo vertitur à Trapezuntio.

Prostaxis.

Iussio, cum sententia imperandi modo ef-
fertur.

Protome.

Πρωτομὴ præcisio orationis, quæ à reticen-
tia distinguit Cic. 3. de orat. Sed nimis virgo,
commoueri videtur adolescentis: ad me reuertar.

Proozengma.

Cum verbum, quo res comprehenditur
primum collocatur. Ut, Deflorscit formæ
dig-

dignitas, aut morbo, aut vetustate. Auth. ad Heren. lib. 4.

Protopoe.

Iul. Ruf. p. 29. Adhortatio ad aliquam rem est, & palinologia, Virg. Nunc nunc insurgite ramis hortorum socii. Cic. in Verrem 3. actionis libro, vos quod ad vestram famam, senatusque consulta petinet iudices prospicere, atque consulite, &c.

Prupergasia.

Iul. Ruf. p. 29. Vel parafœcie, præmunitio. Quia antē vtimur, vt confirmet id quod subiectum sumus. Ut si testem producatur sumus, antē est, vt ei fidem habendam esse doceamus. Quare est velut generalis locus, & tractatus communis. Cicer. pro Milone; antē præmunit licere hominem occidere, & tum subito occisum P. Clodium iure, & sine iniuria: cum ita dicit, negant intueri lucem esse fas ei, qui a se esse hominem occisum fateatur. In qua tandem ciuitate hoc homines stultissimi disperant?

Pyra.

Quæstum. Hoc genus a superiori eretemate co differt, quod ad interrogatum una voce tantum responderi potest, vel a negante, vel a confitente: quæstio autem occurri non nisi pluribus potest, hoc modo, si dicas, quia igitur ratione bellum geremus? quia auxilia nobis parata erunt? quis erit, qui subuenire voleret, cum tam acerbè socios tractauerimus? Alexander Rhetor cum Aquila sententias definir. πρὸς δὲ οὐδὲν τὰς ἀπαγγελτὰς δέηται, καὶ διαπλεύειν.

Ratiocinatio in Apophysis.

Sarcasmus.

Iul. Rufini. Hæc figura quibusdam videtur eadē, quæ dilectus sumus, sed à perfectissimis propria significacione descripta est. Peculiariter enim l'ocdia ea significamus, nos tamen sine dicacitate concinna. Ut apud Virg.

Nomismus, & quicunque transversa tenuibus hinc quis.

Apud Ciceronem, Sexte noster bona via, quoniam dialepticus est, & hoc quoque liguris. Et pro Cœlio, quod facerem vehementius, nisi mihi intercederent inimici tui: cum istius mulieris viro, fratre volui dicere, semper hic erro.

Sebastis.

Iul. Rufini. Proxima figura est anthypophora, quia aduersariorum affectum, quemlibet fingimus cui respondeamus. Ut in illo.

Indignum est Italos Troiam succordere flammis

Nascentes, & patria Turnum consistere terra.

Quid jace Troianis atra vim ferre Latinus?

Non Fæc ita Iuno proposuit, quasi mani- feste Venus indignum esse dixisset, sed quasi indignum esse Veneri fingeret, vel suspicatur. Hæc latine dicitur affectio.

Solitum:

(Sic enim voco, quod αὐτὸν Græci vo-

cant) sit ita, vt demptis coniunctionibus, & propositionibus, quibus verba, & nomina connectantur, singulatim unumquodque enuntiemus. Cuius frequentissimum exemplum est per totas orationes M. Tullii: sed vel hoc unum ad exemplum sufficiet. Expecto vim editi, securitatem prætoris: fauco aratori, cupio ostopuli damna Aponium: In his animaduertimus nullam, neque disunctionem, neque propositionem interpositam. Facit autem figura hæc ad celeritatem, & ad vim doloris aliquam significandam: quia plerumque cum commoti sumus, hoc modo incidere solemus. Illud etiam præceptum habeo, actori veræ causa nunquam timendum esse, ne nimis sit in figuris sententiæ. Si enim fieri possit, ut omnes ad aliquam utilitatem figurentur, non vitandum.

Streptolyton:

Hæc figura pauci admodum meninere. Notatur a Scholiaste Aristidis apud Photium in Aristidis Panathenaico. Innuit esse figuram, quæ ex reciprocis conficit magna varietate inter se contextis. Ciuitas est ut iustis fortior, si fortibus æquior, aut potius iustis omnino iustior, & violentis omnibus poterior. Τὰ τὰ δίκαια λιμάνια σχυρωτέραν, τὰν τὰ διώλαμες ἔχονταν θησεῖστεραν. Μάλλον δὲ τὰ τὰ δίκαια λιμάνια ἀχρεωτέραν εἰς αὐτοὺς τὰ δίκαια λόγον. Τὸ δὲ τὰ βιαζεῖσα διωλατεῖστεραν εἰς τελεῖον, οὐδε ἄμφοι τὰ γένη δὲ ἀμφοῖν ταῦτα.

Subiectio in prolepsi, & procatalepsi.

Syllepsis.

Hoc schema docet diversas res coniungere, & communi opinioni cum ratione aduersari, & habet magnam vim vel ex laudevitium, vel ex virtute laudem exprimendi. Hyperid. Nam hominis avaria, atque aleti unum atque idem virtutem est. Vixque enim nescit yu: atq; virisque pecunia dedecori est. Quare:

P. Rufil. p.

Efferid.

re merito utriusque pari poena afficiuntur, quos pariter non decet habere. Item Lysiae, Quapropter pergam: in multis largitionem, abstinentie testimonii non credideris: multo enim confidentius hoc genus hominum furatur. Nam quo magis eget ad sumptum ambitionis, audacius facit rapinam, ut huic ipsi ambitioni copia suppeditari possit. Item Demosthenis, Cuni ei quidam obiecisset, matre Scytha natum, respondit: Non miraris igitur, quod Scytha, matre barbara natus, tam bonus, & clemens esuerit: Item eiusdem. At ego hunc propterea malum esse existimo, quia nimium se gerit scelerum. Namque ex hominibus humilitatem ac misericordiam tollere, maximum signum malitiae videtur. Ego contra deos precor: namque eiusmodi ciuem habemus, qui ad supplicium sumendum in omnes partes sit inexorabilis.

Sustentatio in paradoxo.

Syllepsis.

*In Ruf. p.
30.*

Est, cum duabus diversisque sententijs, & rebus unum datur verbum minime virisque conueniens. Ut, [inclusos] vtero Danaos, & pineta furrim. Laxat claustra Sinon.] Laxat enim ad Danaos referri non potest: sicut ad claustra. Et optimi Graugenum, cui me fortuna precari, [ac vitta] comptos voluit praetendere ramos.] Non enim sicut cui praetendere ramos, ita & cui precari potest videri ratione connexum. Et, [his quidam] signis, atque hac exempla secuti.] Haec latine diciuntur correptio.

Symbole.

Aquil. p. 21.

Connexum: Hec figura ex utraque earum, quas supra demonstrauimus, composita est: utramque orationis speciem circundat. Nam & incipit saepius ab una parte orationis, & toties in unam, atque eandem definit. Ut haec se habet, quis legem tulit? Rullus. Quis tribus fortius est? Rullus. Quis decem viros creavit? idem Rullus.

Synatromus.

*P. Rull.
p. 1.*

Hoc & singulis verbis & plurium verborum coniunctione fieri potest. Singulis verbis hoc modo.

* al. Cleo-
skaria.

* Clearchi, sed cum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul eum reuocant officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio: quae singula pro-

prias ei cogitationes ad remorandum subiiciebant. Item Democharis. Nam quis haec si *Democh.* mul viuera perpeti possit, timorem, morbum, senectutem, contumeliam, inopiam, vim? quarum queuis una res, perse satis est gratias ad perferendum. Sed in coniunctione plurium verborum huiusmodi est. Lycurgi, nemo enim nocens sine summo meroe est, Iudices, sed multa simul cum perturbant. Quod adeo sollicitudinis plenum, quod futurum est formidofsum, lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficij captans inimicus: quae quotidiano ychementer eius animum excutiant.

Synchoresis.

Zyxxaphois cum aliquid etiam iniquum caussae fiducia concedimus. Quint. lib. 9. c. 2.

Syncrisis.

Sive antithesis, comparatio rerum, atque *In Ruf.* personarum inter se contrariarum. Ut, ego *E. 29.* plector, quod tu peccas: tu delinquis, ego ar- guor pro malefactis. Helena redeat, virgo pe- reciat innocens: tua reconcilietur vxor, mea ne- getur, filia mea. Cicero pro Murena, Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas; ille ut maturè, quo intendit cum exercitu perueniat, &c. Item in Verrinis, iste multo scleracionis, & nequior quam ille Adrianus, aliquando etiam felicior fuit, &c.

Synchyris.

Confusio est hyperbatum obscurum.

Synecdoche.

Notum ex vulgaribus tropis.

Synoecesis.

Zuweis commissio, qua duas res diuersas colligit, ut tam deest avaro, quod haber, quam quod non habet Fab. lib. 8. cap. 3. à Scaligero dicitur Cinnus poet. lib. 3. cap. 4. 6.

Synonymia.

Communio nominis. Utimur autem eo gene- *Aquil. 21.* re elocutionis, quoties uno verbo non satis videatur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare: ideoque in eiusdem significati- one plura conferuntur, ut si dicas, prostravit, affixit, perculit.

Sisstrope.

Est conuersio & conuolutio.

Tapinosis.

Cum rei dignitas verbi humilitate deprimi- tur, ut gurges, pro mari; Quintil. lib. 8. cap. 3.

Rci

Rei magnæ humilis expositio definitur à Servio.

Tautologia.

Agquil. p. 21. Eandem rem pluribus verbis significat hoc schema. Differit autem per exiguo à superiori figura. Synonimia: Ibi enim singulæ partes ex ordine idem significantes ponuntur: hic unus nominis, aut verbi prius positi vis deinceps pluribus verbis explicatur: ut si dicas: Senatus, populique Romani summum consilium, à quo ordine iura exteræ nationes petunt. Hic enim unum nomen Senatus prosecutionem accipit ex pluribus verbis, non aliud significantibus. Qui enim summum consilium dixit, & eum ordinem, à quo exteræ nationes iura petant, non aliud, quam senatum dixit, sed prosequendo latius ornauit elocutionem.

Traduotio.

Eiusdem verbi crebrius positi quædam distinctione: vt, Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere: Cic. lib. 4. ad Heren. Eadem est cum analipsis.

Zeugma.

Int. Ruf. Est cum unam verbum communiter multis sententiis iungitur ad omnes pari significatione pertinens, & adnexum, vt,

Aeneas Urbe, & sociis, & classe relata.

Latinè haec figura dicitur ligatio, vel annexione.

NE quid igitur à me in hac parte desideratur, vñlum est istam figurarum nomenclaturam, ex Demetrio Phalereo, Hermogenie, Longino, Alessandro, Aristidis scholiastis, Rutilio, Aquila, Rufiniano, Beda, & ceteris breuiter subjicere, tum propter antiquitatis auctoritatem, quam magni facio, tum propter variam, & sane non inutilem cognitionem. Sed quia multas in tot veterum observationibus esse minutias nemo non videt, nunc omissa leuiorum figurarum disquisitione, de vñl carum, quæ notiores sunt, & ad orationis ornamenti sapienter adhibentur, maxime Ciceronianis exemplis pauca dicam.

De vñl, & Varijs ordinibus figurarum.

CAPVT XVIII.

Quod vestis corpori, stellæ cœlo, pratis flores, regum coronis margaritæ, scenæ & foro tabula, arque insignia, hoc orati-

oni figuræ, quibus nihil in oratorum apparatus magnificentius: sed tamen tenendum est in vñl quidam nodus, ne si nimæ fuerint, ipsa oratio potius oblinia, quam distinguenda videatur.

Nescio enim quo pacto, non modo in rebus humanis, sed & in verbis contingere solet, vt summa voluptas fastidio sit vicina: & pulcherrima quæque si fuerint communiora, satietate impleant animos potius, quam delecent. Itaque & in mundo recurantes diei, & noctis vices lucem efficiunt mortalibus iucundorem, & annum temperant hyenis rigor, feruor & fatis, amoenus veris decor, & autumni grata maturitas, quæ à Deo in natura primum condita, orator in verbis (sunt enim quasi naturæ imagines) imitabitur, nec orationem figuris faciet, potius, quam decorabit.

Itaque nunc de earum vñl à nobis dicendum est, non eo quidem ordine, qui tyronibus tradi solet, sed qui institute nostro, & dedolatis ingenij sit commodior. Ac certè dum cōplicitor animo figuræ omnes, vel ad docendum, vel ad mouendum fistas reperio.

Primum igitur de ijsagam, quæ ad illustre, & suave genus dicendi, in quo potissimum effert se delectatio attinet, deinde grauis generis ornamenta, & figuræ, quibus & docere, & mouere possumus, ostendam.

Figure fermè omnes, quibus haec dicendi suauitas excolitur, aut in conformatione aliquius imaginis, aut in repetitione verborum, aut in dictiōnum nexu, & quadam gratia concinnitatis versantur. Quæ rerum imagines efformant, vel uno, aut paucis verbis faciunt: ex quo oriuntur metaphoræ, antonomasiæ, epitheta, periphrases, synonimia, vel artificiosus, atque vberius expolunt imagines, unde descriptions emergunt.

De primo ordine figurarum.

Quæ imagines uno, vel paucis verbis exprimentur.

C A P V T XIX.

Prima series figurarum metaphoram, antonomasiam, epithetum, periphrasim, synonimiam comprehendet. De translatione haec prescribit Demetrius.

Metaphora est ad vnum verbum contra-

S 8

cta